

(6) (1637)

7.

PROGNOSTICA

TIO IOANNIS LICHTENBERGERS, QVAM OLIM SCRIP-
sit super magna illa Saturni ac Iouis coniunctione, quæ fuit Anno M. CCCC.

LXXIIII. præterea ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet LXXXV.

in annū adhuc usq; durans M. D. LXVII. iam iterū, mendis quibusdam

haud modicis sublatis, quæq; obscuri ad eò & imper-

fecti erant sensus utcūq; restitutis, diligenter excussa.



AD LECTOREM.



Enno ut opinor inficias ibit, candidè lector, progros-
 stica hæc olim ab autore ipso haud sine magnis labo-
 rum uigilijs ex uarijs sapientijs. Astrologorū placitis
 congesta, atq; in hoc ad eò certe posteritati transfusa,
 quò uitam nostrā meliorem, nosq; ipsos omni sancta
 te uitæ lucentes deo gratos redderemus. Cæterū temporis uentitas
 longa, quæ nihil non peredit ac corrumpit, cuncta subinde errorū
 quasi labyrinthis inexplicabilibus inuoluens atq; intricans, præsen-
 ti libello paucissimis admodum annis, non paruam obscuritatis ni-
 bem obduxit. Quem quidē cum iterū periculosissimis hæc tempo-
 ribus in lucem quasi ab interitu nostro prelo reuocarem, prouide-
 li sed & diligēter annisi, collatis aliquot latinis & Germanica lingua
 excusis exemplaribus, q̄ fieri potuit, euulgare emendatissimū. Nec
 est quod quenq; styli in eodē moueat humilitas, quasi q̄ licentia non
 nunq; declinandi à Rhomanæ linguæ præceptis siue legibus, forsitan
 hoc illi datū sæculo. nos ipsas res, rerum pondus, & quid dicat scire
 conuenit. Quare dignus profecto legi à pluribus, atq; ad eò uiris ma-
 gni nominis ob res raras, nouas in eò inauditasq;. Quippe, quæ hu-
 ic nostro æuo ingentia malorū semina cunctis propemodū mortali-
 bus horrenda portentant. In eodem quoq; tanq; speculo quo dā pu-
 rissimo, tam ecclēstastici ordinis proceribus, quam prophanis prin-
 cipibus, & ut semel dicam, cunctæ potestati, omniq; adeo statū in-
 tueri dabitur, quid faciendum pro officio cuiq; expetendū item fu-
 giendūq; sit. Porro huiusmodi imminentū malorū tragedias, su-
 periorū etiam temporū Astronomi sanè peritissimi diuina benigni-
 tate certissimis, ualidissimisq; rōnibus futuras uaticinati sunt, quorū
 de nūero & hic noster fuit. Quæ uere autē p̄teritorū futurorūq; uari-
 egerit, transacta tēpora testant, & hoc nostrū sæculum haud sine in-
 gentibus Christianæ Reipub. incōmodis experitur quotidie, nam
 quondam prædicta nunc suum sortiunt effectum. Igitur nostrum
 erit, Christum unicum nostræ salutis scopum ardentibus uocis præ-
 cari, ut sua immensa ac ineffabili bonitate iram suam, omneq; malo-
 rum genus à nobis auferre dignetur.

Vale lector optime.

AUTORIS PRAEFATIO IN OPUSCV-
 LVM SEQVENS.



Vanq; solus Deus in sua potestate sibi
 tpa & momenta, ut ueritas ipsa testat,
 reseruauerit, præscijs quoq; futurorū
 solus ipse, ac nemo omninū in hoc sit
 mūdo constitutus qui diem possit cra-
 stinū polliceri, & in eadem certū quid
 futurū fore prædicere, nihilominus ta-
 men idem ipse ac optimus deus sua li-
 beralissima bonitate plurima in creatu-
 ras suas transfudit dona, quibus ea quæ
 futura ac procul sunt uidere & præscire permisit. præscire in quā non
 certo penitus, sed ut deus ipse uoluit coniecturali quodam ac discursu
 suo iudicio. Sic aues cantu & uolatu, aliaq; animalia alijs modis tē-
 pora, ipsorum dispositiones, ac alia similia priusq; fiant, prænunciāt
 sic sol sero rubens, mane serenitatem aure indicat. Mane uero si ru-
 bet, uel pertinās pluuias insinuat, quæ omnia per naturā rebus ipsis
 ex ordine ad eò inditam fieri uidemus. nec desunt autores qui de hu-
 iusmodi naturalibus ad plenum scripsere. Nec obstabit dictum Ari-
 stotelis, qui ait, De futuris contingentibus non est determinata ueri-
 tas, quoniam & idem Aristoteles ait, quod omne futurū de necessita-
 te ueniet. Si ueniet de necessitate, aut etiam aliunde, oportebit eius
 causam præcedere, ut Plato uoluit. Hanc autē causam præcisam &
 determinatā, conditor ipse rerum omninū Deus solus perfecte nouit.
 Dedit tamen homini rationem, intellectū, & potentiam discursiuā,
 quibus ex præteritis futura coniecturare posset. Dedit & scientiam
 & cognitionem astrorum, quibus plures effectus ad quos astra incli-
 nant, adhuc etiam futuros prædicere ualeat. Et ut cōplectar rem parti-
 culariū, deus dedit homini triplicem futura prædicēdi uiam, quas
 uel singulas, uel aliquas homo studiosus indagare uel assequi facile
 poterit.
 Prima uia, quæ omninū est cōmunior, consistit in longa uita, qua
 per longam experientiam rerum omninū magistrā, ex dudū præ-

PROGNOSTICVM IOANNIS

teritis, per similitudinē & coniecturam futura predicere homo potest, hanc sciendi uiam habent senes.

Secunda uia ex astris seu scientia astrorum facile habetur, Ptolemaeo dicente, quod causas rerum rimaturis primo caelestia contem-
planda sunt corpora. Mundus enim iste contiguus est laetionibus su-
perioribus, ut Aristoteles ait, ut omnis uirtus eius. i. mundi inde. i. cae-
lestibus gubernetur. Et iterum Ptolemaeus, Homines per astra mori-
bus & uirtutibus informantur. quandā em̄ inclinationem astra ipsa
praestant corporibus humanis, necessitatem uero prorsus nullam.

Tertia est uia reuelationū, Nam & si solus pater futurorū scientiā
in sua posuit potestate, tamen nonnullis ea reuelare dignatus est uel
in spiritu, uel in uisione & quasi in enigmate, uel per angelos palam
missos, ac alijs quibusdam occultis modis quae futura sunt, certis ho-
minibus ingerit, ut futura uere praenuncient. ut hoc de Sibylla apud
gentiles clare legimus, quae Romanis infallibiliter futura multa pra-
dixit. Hae ipsa templū aeternitatis non casurum, nisi dum uirgo fili-
um pareret, dudū anteq̄ fieret uaticinata est, ac innumera alia pra-
dixit. Id non nisi in spiritu à deo sibi donato efficere potuit. Sic in ue-
teri testamento prophetae futura prophetarūt, cuius infinita sunt ex-
empla. Ac postremo in hoc nostri tēporis nouo Testamēto sanctissi-
mo Ioanni, dum super pectus domini recumberet, secreta dei in fine
saeculi uentura reuelata sunt. omitto alios, nisi unicam Brigidam
ipam comemoro, cuius reuelationes in opere subsequente nonnun-
quam ad forum uenient. Cui associetur quidam Reynhardus Lol-
hardus, ut suis locis infra patebit. Praedictas tres futura sciendi uias
autor praesentis operis, qui sese innominabilem compellabit ample-
ctetur, multaq̄ futuris temporū curriculis aduentura probabili rati-
one demonstrabit, non temere equidem, non arrogantī ac tumido
animo, sed instar auisamēti & exhortationis. Auisando quippe, ad-
monendo, & exhortando omnes homines, & in primis ipsos Primate-
tes & principes populorum, ut malis quae haud procul timemus re-
media quaeritent, minus enim praeuisa iacula feriunt, Caueant itaq̄

LIECHTENBERGER.

III

prouideant quantum possunt, omni spiritui ne credant. Rara etenim est
aut hoc tempore fides in mundo. Vbi autem fides non est, ibi consi-
lij esse aliquid haud poterit. Et dum nihil consilij in terris inuenire po-
terimus, non restat aliud, quam apud superos ut consilium & auxi-
lium quaeramus. Imploremus itaq̄ atq̄ deuote oremus omnes, pijs-
simum atq̄ misericordissimū deum ac dominū nostrum Iesum Chri-
stum, ut nobis per suam gratiam condonare dignetur commissā no-
stra, nos ad bonum conuertat, in tranquilla pace foueat, & iram suā
auertat à nobis, sitq̄ ipse pro nobis, & contra nos esse poterit nemo.
Iam ad opus ipsum aures aduertite.

PTOLEMAEVS.

Vir sapiens dominabitur astris, astris quae inclinant
non necessitant, unde & inclinationes eorum praecauere
possunt, uel mitigari ratione & consilio,

ARISTOTELES.

Entia nolunt male disponi, tantum unus ergo
princeps qui astris dedit potestatem influendi
in ista inferiora, primo Meteororum.

SIBYLLA.

Nos sumus in quos saeculorum fines deuenerunt.
Vicina sunt mala bonis, elige quod bonum est,
malum procul pelle.

BRIGIDA.

Confide in deum & fac bonitatem, ut mala quae
Deus tuis reuelauerat, misericorditer auertat.

LOLHARDVS


Sis cautus, multis esto familiaris. sed quod silere
uis alios, primus sile:



Ptolemaeus. Aristoteles. Sibylla. Brigida. Reynhardus.

PROGNOST. IOAN. LIECHT.

IIII


 Vi suum defodit aurum, ut libet, rebus abuti
 suis. aliena non contrectans, nemini iniuria fa-
 cit. Qui autē scientiam & libros occultat, omni-
 bus iniuriosus est, nec solum sua recondit, sed
 & aliena subtrahit & furatur. Valeant ergo &
 uiuant, qui scientiā diligunt ac seminant, quo-
 niam diligentibus seminare, est scientiam a mor-
 tuis suscitare. Non ergo surgat inuidus reprehensor ac detra-
 ctor, sed studeat, compleat, refecet sapiens lector. Nam eorum qui
 sunt sub circulo Lunæ, quibusdā datur scientia per doctrinam, alijs
 uero per inspirationem diuinam, & tamen ab uno & eodem spiri-
 tu procedit. Sermo igitur meus ac scriptū meum, non est in persuasi-
 bilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uerita-
 tis. Naturale enim est homini, ut ueritatem intelligibilem per sensibi-
 les effectus deprehendat. Vnde sicut ductu naturalis rationis homo
 peruenire potest in aliquam noticiam per effectus naturales, ita per
 alios quos supranaturales effectus, qui miracula dicuntur, in aliquam
 supranaturalem cognitionem credendorū homo adducitur. Vnde
 beatissimus Ambrosius dicit, quod omne uerum a quocumque dicatur, a
 spiritu sancto est. ideo homo annunciat uera, quāuis etiam per uirtu-
 tem propriæ naturæ quādoque uera prædicat. Vt uter ergo eis alimpo-
 tētia deus ad ueritatis manifestationem, dum uera mysteria astrorum
 interpretibus reuelant. Vnde inuētores scientiarū multa uera in sciē-
 tijs prænunciauerunt, non nisi docti a spiritu sancto, qui est spiritus
 omnis ueritatis. Reuelatio igitur quodam ordine peruenit ad inferi-
 ores per superiores. Vnde Iohannis primo. Boves arabant, & asi-
 na pascebantur, quia uidelicet minores huius mundi qui signan-
 tur per asinas, debent in credēdis adherere maioribus superioribus
 celestibus corporibus, quæ per boues signantur. Ego igitur inno-
 minabilis timens iram dæmonis, exurgens in rure ut miser Ruth, se-
 quens Booz ac messores, antecessores Philosophos astrorum iudi-
 ces, in agro multarum fatigationum colligens grana spicasque di-
 uersarum scripturarum, astrorum iudicum sententias atque experi-
 entias, quid ponderosa coniunctio superiorum planetarum por-
 tendat, quid uē eclypsis ac passio regis stellarum huius mundo præ-

PROGNOSTICVM IOANNIS

dicet, iusto astrorum iudicio in praesens opusculum breui stylo com-
pegi, ut legentibus patebit. Cuius ostensio durabit usq; ad annum
Millesimum Quingentesimum Sexagesimum septimum, si non ua-
cillarunt oculi.



Emo eorū quæ ignorat bonus est iudex, dicit Aristo-
teles. Multarum rerum scientiarum q; periti philoso-
phiam probantes, euentus oēs naturales plurimosq;
uoluntarios, supercaelestium influxibus principari
ac dirigi affirmant, dicente Aristotele. Cum ex neces-
sitate contiguus sit iste mūdus superioribus lationibus, ut omnis ipse
us uirtus inde gubernet &c. Doleant itaq; indocti suas stulticias di-
cendo non mordendo, ne ipsorū impericia ac stoliditas clareat. Et si
aliquarum rerum uideantur docti, tamē ignari dicendorū quorum
nequeunt esse iudices. Vnde philosophorū princeps Aristoteles. iij.
Methaphysicæ inquit, Soluere uinculum ignorantī non est possibi-
le. Sed hij qui sapientū scripta intellectu sereno uiderunt, quorū uer-
bis & sententijs possēt enus me cōfirmabo in dicendo d; conuincio
ne maiorum planetarū ac eclypatione magna. Sed quia in pluribus
doctrinas & disciplinas docentibus opinio inualuit, cōmunitatiq;
uulgi inducta est superstitiosum ac temerariū esse credere astrorum
configurationes, apparitiones eclypationū, cōiunctione q; plane-
tarum esse causas guerrarum, amicitiarū, sectarum, alterationū le-
gum, aliorūq; libero arbitrio subiacere debentium. naturalium em̄
effectuum esse causas negare non possunt, quotidiana experi-
entia uulgi magis quam nostri tēporis philosophos
continuo edocente. Vana est ergo & ridiculosa
narratio de huiusmodi euentibus, nisi ma-
nifestis suasionibus edocti in phi-
losophiam inducant &
certificentur.

Iam

LIECHTENBERGER.

v



Am narrata incredulitatem non esse superstitiosam;
sed in astrorū influxibus fundatam partim ostensum
est. Cum diuination magna quædam res sit & salu-
taris. Cicero. teste, quaq; proxime ad deorum uim na-
tura mortalis possit accedere, æquū mihi persuasi cō-
iunctionis magnæ, atq; horrendæ eclypsis Solis non præterire pro-
gnosticum nouum, ob utilitatem non in medio crem Reipublice expo-
nere. Quis enim non uidet in optima quaq; Republica plurimū di-
uinationes ualuisse? Quis rex unq; fuit, & quis populus qui nō ute-
retur prædicatione diuina? nihil unq; Cicerone teste, Romani to-
cius orbis dnatores in bello sine auspicijs efficere conati sunt. Nam
Moyses accepit Tharbis filiā regis Aethiopū in ciuitate Saba, quæ
iniecit oculos in eum dum discedere uellet, fuit em̄ uir peritissimus
in astris. Sculpsit duas imagines in gemis huius efficaciam, ut altera
memoriā, altera obliuionem conferret amorī. Cuncq; paribus annu-
lis eas inuissit, alterum scilicet obliuionis anulum uxori præbu-
it, alterum ipse detulit, ut sine pari amore paribus annulis insignirē-
tur. Cœpit ergo mulier amoris uiri obliuisci, tandem liber in Aegy-
ptum egressus est. Athenienses quoq; omnibus semper publicis cō-
silijs diuinos quosdam uates, quos Mantos uocant, adhibuerunt.



Acerdotes soli quoq; Astrologi & pontifices elige-
bantur in rerum spiritualium administrationem, &
beneficijs soli gaudebant, uerum hæc abolita sunt.
Nunc uero Mercurij infortunio sola paupertas eis con-
nascitur, per uitam indelinenter cohæret & cōmori-
tur. Nonne & Lacedæmonij regibus suis Astrologū assessorem de-
derunt, eorumq; publico consilio haruspicem interesse uoluerunt?
Nec quisq; rex Persarum fieri potuit, qui non prius maiorum disci-
plinam Mathematicamq; scientiam percepit. Nonne Romulus au-
gur auspiciato urbem Romam condidit, regesq; sequentes & consu-
les eodem sacerdotio præditi, Rempublicam religionum autoritate
reuerunt? quocirca & senatus imperabat, ut de principum filijs sex
singulis Hetrurix populis in huiusmodi disciplinam traderentur.

B

PROGNOSTICVM IOANNIS

ne ars tanta ob tenuitatem hominū a religionis auctoritate adduce-
retur ad mercedem & quæstum. Quotiens enim Romanorū sena-
tus, Luitio teste, decem viros ad libros Sibyllæ ire iussit cum porten-
ta aliqua in aere apparuerunt, quæ magna Romano populo perni-
ciosasq; seditiones denunciabāt, nonne his magorum seu Mathema-
ticorum responsa cum Sibyllæ uersibus congruebant?

Sed quid externa adduco suffragia, sunt qui sciunt me
sigillatim omnia quæ in hoc Rheniuiagio, necnon A-
lemanix partibus per grandia mala obuenerunt, inui-
dentibus nonnullis recte diuinasse, uiginti quasi annis
iam transactis. Nonne quæcunq; in uaticinijs meis de-
nunciaui euentus rei uera esse probauit? Sed hæc missa facio, & in
præsentiarū mihi fateri nullam reperiri gentem, neq; tam humanā
atq; doctam, neq; tam inanem atq; Barbaram, quæ non significari
futura, & a quibusdam tempore immenso obseruata, & in significa-
tione euentus animaduersa intelligi prædiciq; posse censeat. ac rerū
futurarum præsentationem ordinatissimo astrorum cursu atq; rerū
uicissitudine notatis, cōprobaret. Quod si aliquis tam rudis, tam fe-
ris fuerit moribus, quem tam sacrilega obtusæ mentis temeritas exa-
gitet, ut sursum in caelum suspiciens, atq; admirabilem illam diuini
operis machinam intuens, neget mundum hunc stellarum lationi-
bus & potestatibus tanq; summi dei instrumētis gubernari, talis pro-
fecto si quis tam dæmens, tam rigidus reperiat, numen deorum ma-
iestatemq; ledit, talem quoq; hoc pacto interpellabo.

Hæus ò miser, dic tu quæso, si Astra non influunt, cur
modo per altum, modo per latum, modo per diuer-
sum cernuntur? Cur nunc directo cursu, nunc retro-
cedendo, nunc statim tarditate subsistunt, nunc dece-
dunt, nunc abscondunt, nunc Austri, nunc Aquilo-
nis regionibus se iungunt? sed de his satis, neq; cum his & talibus di-
sputandum puto, uerum non aliter cum his agendum censeo quàm
cum illis, qui ea quæ omnium gentium firmata sunt cōsensu, ut igne

LIECHTENBERGER.

VI

esse calidum, negare non formidant. Quidam ergo non credūt nec
curant aliquid scire de futuris, astrorum iudicia deridentes, hij bestia-
les existunt, & tanquā bruta se regunt omnia casualiter facientes
Quidam credunt, sed non curant ea scire, immo sibi anxium repu-
tant talia præcognoscere, tanquā necessario euenire habeant, existi-
mant enim qd̄ cum sint de necessitate uentura, anxium est eis illa sci-
re cum euitari non possint, quod quidem stultū putare, & apud phi-
losophicas disciplinas, ac increpatione digni fore censendi. Quidā
credūt & curant scire, sed Astronomorū consilia non sequunt. Alij
enim astronomo quasdam bonas, quasdam malas enarrante influ-
entias, assumūt bonas, & malas negligunt, nec intelligere uo-
lunt. Alij semel iudicia legunt, primo in eis delectan-
tur, deinde illa proijciunt, hij mutabilis proposi-
ti sunt, nec prudentes dicunt. Quidam cre-
dunt & curant ea scire, nūtiuntq; ea
intelligere, ut obuiantibus malis
possint consulere, & rebus
necessarijs provide
re, hij pru-
dentes dici merentur
& mala futura sua prudentia
possunt euitare, quibus hoc præsens
iudicium meum huic paginulæ manu pro-
pria subiici. &c.

FLEXIS GENVBVS, COMPOSITIS MA-
nibus orator hic orat
ut sequitur.

B ij



Oneris suscepti immensa difficultas, ac rerum sese offerentium magnitudo & profunditas, necnon temporis breuitas, inuidorumque multitudo me admonet, ut diuinum implorem auxilium, rem enim supra vires meas aggressus sum.

ORATIO AVTORIS.



Benedicta sit maiestas gloriosa creatoris, qui sua providentia summa ab aeterno singulis creaturis misericorditer providit, suam quoque clementiam nobis iam temporis ostesum ire uolens, admirabile signum in caelo locari iussit astrorum uirtutibus, sua uoluntate sic iubente, que

penitudine non flectitur. Ideo te deum creatorem ego indignus precor, non ut sermones meos uerifices, sed ut in cognitionem ueritatis signatorum tuorum me dirigas. Ab aeterno enim deus suorum signorum uerificationem determinauit, ut dicit Grego. xij. moral. in hac uerba, Nulla quae in hoc mundo hominibus fiunt, absque omnipotentis dei iudicio, uel occulto eius consilio fiunt. Nam cuncta Deus secura prospiciens, decreuit ante saecula qualiter disponant per secula. Staturum quidem est homini quanta hunc sequat prosperitas, uel quanta feriat aduersitas, quod etiam uoluit Albertus magnus in suo speculo dicens, Sed quia dum extenderet Deus caelum, sicut pellem formans librum uniuersitatis, in quo omnes homines secundum diuinam suam providentiam tanquam aeternitatis libro scribuntur. Quare si quatinus, ut a nobis praedicta contingant, errori meo non diuinae uoluntatis mutationi ascribantur, propter infinitas enim in mundo diuersitates quae tuncumque etiam astra benigna & conformia fuerint, incommoda plurima & diuersa oriuntur, caeli enim rotunditas illa parit. Tu igitur omnium conditor & moderator Deus, qui Solem formasti & Lunam, qui rapidos caeli cursus ordinasti, qui per dies singulos immensam illam caeli machinam aeternis gyris circumuoluentem celeri atque perhenni agitatione contorques, qui omnia perpetua legis dispositione infatigabili mobilitate sustentas, qui solus Imperator ac dominus, cui tota numinum potestas seruit, ad te supplex confugio, a te grana misericordiae tuae peto, te unicum Booz adoro, expande pallium gratiae tuae supra me Ruth, quia propinquus es, te inuoco, tibi supplex manus tendo, te trepida cum supplicatione ueneror, ut numinis tui praesidio siderum tuorum uenerabilia iudicia

cursusque eorum efficaces influentias indigno seruo tuo Ioanni Liechtenberger explicandas reuelas, mentemque meam aeterni tui splendoris radio illustrando in uiam

ueritatis dirigas. Ingenium meum

excita, linguam commoue, re

ctamque progno-

sticandi

formam mihi ostende, Amen.

PROGNOSTICVM IOANNIS
 HOMO DECREPITVS, BARBATVS, CLAVDI-
 cans & sustentans se baculo cum sinistra, habens falcem
 in dextra, iacens supra hominē habentem bouem
 cum cornubus in dextra ac si uellet op-
 primere cum. Signum Scorpio-
 nis in medio eorum Sa-
 turnus.



In signis quidē & ualde aduertēda cōstellatio ponderosorū pla-
 netarū Saturni scilicet & Iouis, expauescenda cōiunctio imper-
 dens, futuras calamitates denunciāns, Anno. M. cccc. lxxxiiij. per-

LIEHTENBERGER. VIII

lacta, Nouembris die. xxv. hora. vi. minutis. iij. post meridiē tran-
 sēs, licet Cancrigradu super horisontem horoscopante. Horum
 nāq; planetarum in unum coitus atq; congressus raro admodum,
 & nisi longioribus circumactis temporibus, ac multis siderum re-
 uolutionibus contingere potest, & fortioris ob hoc influentiā dino-
 scitur. Cuius quidem horrendi congressus, ac metuendī conuentus
 deputatum ac statutū est receptaculum horridum illud ac tetrum,
 atq; omniū signorum infelicissimū Scorpionis domicilium, xxiiij.
 gradus, ac. xliij. minuto, in quo Martis perfidi gaudet stella, &
 quod omniū malorum causa existet, rigidus ille Saturnus, maleuo-
 lus, eccentrici sui eleuatione, ac circuli sui latitudinis in Septentrionē
 altitudine & sublimitate, Iouem benignū oppressit. Mars quoq; con-
 iunctionis dominus, summo de cœlo minaci ferocitate despiciens,
 regia in domo ac regali signo, & domicilio proprio cōstitutus et ex-
 altatus, omnem coniunctionis dispositionem & gubernationem si-
 bi arrogat. Iupiter itaq; benignus, Saturni & Martis impugnatō-
 ne constrictus, malignaq; ipsorum radiatione oppressus, uolentiā
 ipsi resistere non poterit, neq; ob id hominibus salutare suā be-
 neuolentiā, & consuetum præsidium conferre ualebit.



Erunt quia ad plures annos huius sæui, quancq; pigri
 congressus significationes se extendent, non ab re du-
 ximus alias non nullas hoc temporis interuallo inci-
 dentes constellationes annotandas fore, ut æqua omi-
 ponderatione, ac iusta cōmixtionis ratione ex omni-
 bus, quancq; dissimilibus causis, forma una, & unus effectus extra-
 hatur.

Accidit etiā anno. M. cccc. lxxxv. Marcij. xvi. horrendani mi-
 um ēc. seua Solis eclipsis, cuius quidem testimonium magnæ con-
 iunctionis significationē ingressus est, malignosq; effectus eius pe-
 iores reddet, quarum etiā maleuolarum stellarum, Saturni scilicet
 & Martis coniunctio ultima Nouembris, in nono Scorpionis gra-
 du, hora combustionis Lunæ imperfecta. In qua quidem Saturnus
 maleuolus, omi eleuationis mō Martē in proprio opprimit domicilio

PROGNOSTICVM IOANNIS

plura maliciæ testimonia adducens, prædictarum constellationum
 sceleratam potentem adauget. Verum altera beneuola coniunctio Io-
 uis benigni, & Martis ferocis in decimo octauo Scorpionis gradu,
 congressus nuper factus Iouis quidem fortunio, ipsius supra Martem
 eleuatione, iam dictarum malignarum constellationum moderabitur ma-
 liciam. Nonnullarum etiã transacti temporis magnarum coniunctionum
 perfectiones & directiones, quarum ad hæc usque tempora durare possunt
 significationes, non ab re annotandas arbitratus sum.

Orbis namque magnus cognominatus à coniunctione quæ du-
 uium præcessit, gradatim & pedetatum profectus ad quindecimum
 Leonis gradum .xij. minutum, lento & pigro satis passu serpendo per-
 uenit. Regimen quoque & orbis huius gubernatio, distributiuam qua-
 dam iusticia ad Lunam usque deuoluta, ipsius potestatem assumpsit,
 gradus quoque directionis appellatus ad quintam partem Libræ de-
 uectus eam possidet, eius quoque diuisionem Luna sibi uendicat.

Magnæ uero coniunctiones, quæ Christi saluatoris nostri
 aduentum significasse dicunt, ascendens anni eius-
 dem profectio ad tredecimum Libræ gradum de-
 uoluetur, loci quoque coniunctionis
 profectio ad decimumo-
 num Arietis
 gradum deriuatus ibidem
 recipitur, gradus directionis ab
 ascendente ad duodecimum Scorpionis gra-
 dum peruenit, cuius Venus
 diuisor est.

SALVATOR DICENS SUMMO PONTI-
 fici, tu supplex ora, Imperatori, tu prote-
 ge, Rustico, tuque labora,

Ne legentur



Et legentium aures obtundam, & animis ipsorum mole-
 stus fiam, diuido præfens opusculum in tres partes
 principales, ut ubi fortasse opus fuerit subdivido illas,
 ut legentes percipiant, audientes intelligat quomodo
 illa inferiora a superioribus regantur.

In prima particula docebo qualiter nauicula sancti Petri inter hu-
 C

PROGNOSTICVM IOANNIS

ius sæculi procellas & turbines patietur cum suis diuisionibus, Tu
supplex ora pro cuncto populo catholico.

In secunda declarabitur sacrum Imperium, quomodo seculari
tas se habebit, Tu protege armata manu.

In tertia docebit status laicalis membratim diuisus, Tu labora-
ut sustentantes eosdem, & sic nullus excluditur.

SVMMS PONTIFEX CVM CARDINALIBVS.



LIECHTENBERGER.

X



D officia huius sævæ cōiunctionis atq; horrēdæ cely
psationis, ipsarumq; potestates explicandas accedere
intendo. Quicquid per omnē terrarū tractum mix-
tura ipsarum, radiatioq; æquata comparatione perfici-
et, diffiniam. Diuine tamen maiestatis iudicio nihil
derogādo, nec libero arbitrio quouis pacto obuiantes detrahendo
Et illud à me semper protestatum esse uolo, q; ea quæ futura denun-
ciabo, pro omnipotentis dei clemētia & uoluntate mutabilia esse co-
gnoscam. Sunt namq; Ptolemæo teste, magorum iudicia inter neces-
sarium & contingens reponenda.

CAPVT PRIMVM.



Antīssimus nouellus apostolicus, ducens re-
mum nauiculę sancti Petri, modernis temporibus
audiat. Cum totius orbis sit dominus, inno-
cens est, & nō subiacet stellarum cursibus, neq;
ullam in eis decernendi potestatem habet. Sed
fatum suum dei summi gubernatur iudicio, qui
hunc modernum ad beatum nauiculæ culmen
suis optimis meritis euexit, clauemq; largitus est, qua fati uim & or-
dinem dissoluere potest. Causarum superiorū cōnexionem atq; se-
riem facile referare ualet. Quicquid tamen sit, Deum supplex
exoro Booz altissimum, ut expandat pallium suum su-
pra ipsum, ut faustum electionis diem, ac fe-
licem intronisationis horam ei præ-
stare dignetur. Quāuis
Booz noster
Iesus à lege naturæ, quam
in cælestibus pater conscripserat exci-
pi nolebat, non ergo excipiendus est homo à diui-
na uoluntate, quam coniecturaliter
astrorum interpretes ex astris
præscire potest.

PROGNOSTICVM IOANNIS
ECCLESIA IN NAVI CVM SVIS REMIS
inclinata fluctuante.



CAPVT SECVNDVM.



Iuuitas supra montem posita iuxta Euāgelicam
expositionem Matt. v. non potest abscondi his
temporibus. Nam anteq̄ huius teterrimæ ecly-
psis influxus prætereat, nonnulla periculorū di-
scrimina ecclesiæ Dei & nauiculæ sancti Petri
imminere uidentur. Ista nauicula heu uarijs hinc
inde agitata turbinibus, fluctibus atq̄ procellis

LIECHTENBERGER.

XI

quassabitur, eius quoq̄ saluatio aut intercundi periculum, uelut in
æquilibrium ponderibus uel æquilibris posita natabunt. Et nisi benignus
ac idem optimus Deus eam custodierit, multa periculorū
discrimina & ex schismate naufragium passura uidebit̄. Scimus ta-
men q̄ nauicula sancti Petri nuncq̄ mergitur, quanq̄ multis procel-
lis maris & tempestatibus fluctuet & iactetur, fluctuat & nunquā
mergitur illa nauis.

ADAM ET EVA VT PRAEVARICATORES
ecclesiam significantes.



PROGNOSTICVM IOANNIS



Nde Ioachim super Hieremiã dicit sic de ipsa ecclesia, Est & alia ficus, quæ maledictione prauaricationis iam aruit. Latina ecclesia siue nauicula sancti Petri, cuius folia temporalia, de quibus conficit peccata ad excusandas excusationes in peccatis, quibus in honestatem uitæ suæ tam Adam summi pontificis, quam Leuæ ecclesiæ subsectorum operiant, & in ligno ecclesiasticæ gloriæ miserabiliter se abscondant. Sed quia patrimonium Iesu, quod ipse pontifex à principibus Christianis, quasi boni & mali scientiæ lignum fuit. boni quo ad sustentationem uitæ. mali quo ad dissipationem & indinam uitæ & abusum, cupientes gygantes fieri supra terram Reipublicæ, famosiq; uiri per totam latitudinẽ Imperij Christiani, non contenti ligni stipendijs alijsq; quibus uti licebat, uxores sibi electarum plebium ope luxuriantiu copulando ad suggestionem serpentis alterius, doctorum & cardinalium. Heu timeo, ne aliquoru consilio futuroru peruerse uiuentiu, tam simplices & infirmi, qui fortes & scioli temere contra præceptum domini uenientes fructu temporalium Reipublicæ, quæ notatur in ligno infantis scientiæ, quæ nõ ædificat, sed destruit, usurpado efficiant cominus de ecclesiasticæ dignitatis sede, & fiant profugi super terram, habitent in terra Cain, uestiti pellicijs confusions & ruboris. Et Hieremias ubi supra dicit, futurum est, ut quemadmodu Iudæi contra Christum & discipulos fremuerunt, ita & nunc in spiritum domini, & in ecclesiam siue eius altinos sæuiant falsi Christiani. Nam iuxta sententiã sancta Brigida libro reuelationu suarum quarto ubi dicitur, Væ & iterum uæ, quando puer sedebit in sede Ihs, orietur tribulatio in ecclesia sancti Petri. Potens est Deus suscitare & Fracos aduersus ecclesiam. Cum em ecclesia Romana deficiet quo ad obedientiam, & pontifices ex Alemanis thesaurum extrahentes filios & filias ad culmen dignitatis sæcularis promouent, uolantem matre cum pullo ad errorem ducuntur populus Christianus. Tunc finis, id est clamor & ululatus uniuersæ carnis uenit ad dominum. Astrorum iudices exhortantur discurrent, ut annuncient ne nauicula submergatur, quia nisi dominus appauerit, Petrus dubitabit, quia pastores affligentur ne uerbum dei

LIECHTENBERGER.

XII

prædicent. Hæc agentur benigni Iouis oppressione in domo Martini, quod præsens eclipstio cum reuolutione anni mundi demonstrabit ubi modernus & successor primus excitabit matrem Aquilæ aduersus principes uirginis, ipseq; sæuiet in Iouistas Rheniulagij inferioris, & maris occidentalis redimedo pullu, qui heu à suis proprijs

nidulis patiet. Vnde multa mala exurgent, & caput fidei ut arbor infructuosa discedet à sæculo, quia inobediencia patietur magna ibidem. Et uix Vrbs Romana erit præsulibus amplius digna.

SANCTA BRIGIDA.



CAPVT TERTIVM.



Nde Brigida libro reuelationu, Sub aquila gradu quæ ignem fouebit in pectore, conculcabitur ecclesia & uastabitur, nam potens est Deus Alemanos altos prouocare contra ecclesiam, qui magis de humana potentia, quam Dei cõfidunt, iusto iudicio hostilibus incurfibus conculcabit nauicula Petri, & clerus turbabit. Et sic necessè est ut Petrus succinctus effugiat, ne squalorem publicæ seruitutis incurrat. Et sic uideat ipsa ecclesia occidenta-

PROGNOSTICVM IOANNIS
 lis, ne sit sibi baculus harūdinis potentia Gallicana in qua confidit,
 cui si quis innititur, perforat manus eius. Datur intelligi quomodo
 Alemanni Scorpionistæ confœderationem inibunt cum rege Fran-
 ciæ, sub quo ecclesia crucem lamentationis humeris proprijs portat-
 bit. Cûs flumen Rheni, & in terra Lunæ, circa mare occidentale uide-
 buntur mala inaudita sub nouello, quia fulminabit sententiam ana-
 thematis in Saturninos, quando intrabit domum propriam, tunc
 Romani cœspitabunt in fide, quod heu in diebus antiquis non est au-
 ditum, & instabunt tempora periculosa in ecclesia sancti Petri, & in-
 ter fratres Cardinales noua mala oriētur in breui temporis spacio,

Anno domini. M. cccc. xcvi. & durabunt illa mala annis
 multis. Vnde hæc mala figurantur Iudicum. xvi.
 per septem crines Sampsonis, quibus ca-

put Alemanicę nationis debet es-
 se ornatum. Hos crines
 conantur abra-
 dere

Gandauen. Brugen.
 Flandrenses, Picardi, zizaniæ no-
 bilissimi tritici fidei, qui relictis regibus ac
 confœderatis eorum in quibus habebant fiduciam apo-
 statabunt, & infideles in gregem dominicum adducere atten-
 tabunt. Vnde caput fidei crinibus ablati, id est po-
 testatibus, ac uiribus suis, debile effici-
 tur ut Sampson.

SALVATOR LOQVITVR AD ROMA-
 norum regem,
 Tu protege armata manu.

Natura



CAPVT QVARTVM.



Aturæ concessum est o inuictis. Imp. ut qui exi-
 stentiam tutari uelint, unitatem amplecti maxi-
 me studeant. Rerum profecto uniuersitas en-
 tis unitate appetit. Vnde grues uolatu suo unū
 sequuntur ducem. apes dum mellificant, sibi du-
 ctorem proponunt. formicæ cum preuidet, præ-
 euntis uestigiū seruant. exercitus milites Impe-
 ratorē colunt unum. Recte ille sapiens philosophorū princeps Ari-
 stoteles ait, Principatuum pluralitas mala. unus sit princeps a quo

D

PROGNOSTICVM IOANNIS

potestas, norma, disciplina fluit, manat, deriuatur omnis. Optima itaq; ratione suadeo orbis reges, potentatus, & mortales uniuersa tholica fide imbuti Romanorū regem, principum principem & monarcham colere. Nam conditor noster mundū ingrediens honorauit Imperium, tempore sui aduentus per ipsum Cæsarem mundum placauit, ut in ipsius domini p̄sentia pax esset nostra. Igitur posuit prodigia sua, id est iudicium futuræ recōciliationis supra terram, auferens bella usq; ad fines terræ. & alibi, orietur in diebus domini abundantia pacis. Iterum saluator noster honorauit Imperium, mox ut natus fuit censui Cæsaris se subdendo, & non solum dedit, sed etiam dari præcipit dicens Matth. xxij. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Tertio iterum honorauit Imperium, egressurus de mūdo aiebāt apostoli domini, ecce duo gladij hic. Dominus, ut Lucas, respondit satis est. Quid est dicere satis est, nisi sufficit & nihil deest. Protestatus est dominus sua ipsius uoce potestatem sæcularem & Imperialem, qui illis temporibus uigebant in deo sufficere, & eis nihil deesse. Quarto dominus Romanū Imperium honorauit, instante em̄ passionis hora, dum Pilatus iactaret se de potestate quam haberet, dixit, Nescis quia potestatem habeo crucifigere te? &c. Dominus (ut dicit Ioannes) respondit, Non haberes ullam potestatem aduersum me, nisi tibi datum esset desuper, quod exponitur duobus modis. Vno modo desuper, id est de cælo, quia nulla potestas nisi à deo. Alio modo desuper, id est a Cæsare, qui Pilatum præferebat in præsidem, unde si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Quare iuxta dominus Romanum Imperium honorat adhuc, quia stante & durante Romano Imperio, non ueniet homo peccati filius perditionis Antichristus. Admonet ergo Apostolus Imperatorem Thessalonicen. ij. cap. dicens, Qui tenet teneat, quæ uerba Romanum Imperium designant, quo destructo, ueniet Antichristus. Vnde Fridericus qui Romanum Imperium tenet, teneat de rege in regem, donec penitus auferatur, id est tolletur de medio, & reueletur ille antiquus, quem signari Antichristum nullus ambiget.

CAPVT Q VINTVM.

LIECHTENBERGER.

XIIII



Olt ipsum enim Fridericum tertium in tantum abundabit iniquitas & infidelitas, ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Respectu huius tribulationis maxime tempora priora sub Friderico tertio, uidebuntur tempora pacis fuisse. Vnd ps. Orietur in diebus, dicit, abundantia pacis, donec auferatur Luna, id est Romanum Imperium. Et iterum Apostolus. Hoc autem scitote, q̄ in diebus nouissimis instabunt tempora periculosa. dicit, instabunt, id est antea non fuerunt. & durabit tribulatio ista annis. xxij. cum dimidio. Deum ergo timeat Christiani, & regem honorate Romanum, à qua sententiâ qui discesserit, ecclesiæ quidem unitate abdicatus tanq; schismaticus intereat necesse est. Maximū quidem & difficillimum onus inuictissime princeps Vranix decus assumpsisse uideor, qui dignitati ac magnitudini rerum de quibus v̄ba facturus sum, meum quidem ingenium ac eloquentiam imparem esse cognosco. Magnum nanq; & felix ingenium, ac cælesti uirtute dotatum requirunt animum, ob motus stellarum hac nostra tempestate non satis compertos, tamen ob plurimas constellationes futuras, quarū ad hæc tempora significatio perdurat, quæ omnes huic conuinctio niaclypsi contemporandæ & cōmiscendæ erunt, ut ex omnibus etiam dissimilibus causis admirabili quodam ordine cōtinuatis ac connexis inuicem, una forma & unus effectus eliciatur.

Redeundo itaq; unde digressus sum ad Imperatorem modernum ac regem, quorum fors difficilis erit, quemadmodum uidetur. Erunt nanq; odia magna, temporibus eorum cōtentiones, fraudes, deceptiones, magna erit bellandi cupiditas inter nobiles, multiq; sient bellici apparatus, multi Imperio re belles erunt. Nam una lite sedata, euestigio alia exurget.

D ij

PROGNOSTICVM IOANNIS

AQVILA TRISTIS CVM MODI-
eis pennulis, & pullus cum ea.



CVPVT SEXTVM



Nde in libro multarum tribulationum dicitur,
Moab & Amon duo filij Loth, qui nati sunt de
incestu, duas generationes denotant, leo nem fil-
uestrem, & lilium occidentale, in agrum Virgi-
nis insultandos temporibus quibus aquila cum
pullo uolabit, & erit cofoederatio magna in ori-
entis parte contra Leonistas, & Baiotici incre-

LIECHTENBERGER

XV

bunt. Vnde Franciscus & Brigida canunt, Surget rex pudicus facie.
multi dicunt hunc regem esse Fridericū tertiu, ego uolo q̄ sit maxi-
milianus, quia sub eo cōculcabitur ecclesia, clerusq̄ turbabit ubiq̄.
Iherum parati erunt quidā Baioticos contra eccliam prouocare, qui
magis de tyrannica humanitate confidunt, q̄ de dei potentia. Fran-
cis in uincendo Germanos cædet multos, demum Gallus succum-
bet, & pudicus facie regnabit ubiq̄. Nidulū matris Aquilæ intrans,
ab oriente in occidentem monarchiam tenebit.

LVPVS APERTO ORE FVGANS AQVILAM,
& pullus sub arbore sedens in terra tristis.



D *up*

PROGNOSTICVM IOANNIS



Vnde in reuelationibus fratris Reynhardi Lolhardi dicitur. Lupus, id est terra occidentalis Aquilam eijciet, tunc pullus moerebit, & sui proprii pellem eius dilacerabunt, sedebitq; nudus quærens adiutorium, parum inueniens. Aquila à Virgine fugata liliū excitabit, uolabit ad meridiē recuperando amissa. Veniet miles in pectore signatus, trucidabit Leonem. Lustris duobus peractis, tunc exurget Aquila grandis sic lucentes castigabit, Aquicolæ moerebunt. Quis poterit resistere, cum potestatem habeat ab excelso? Tria regna coportabit, vix vix plebs clamabit, Ipsa est illa Aquila grandis, quæ donnet annis adhuc quinque, refutata resurget, cum lilio garrire incipiet, & contremescere faciet, & alios mōtes superbissimos. Expandet alas suas ad prædam, ungulas acuet in capturam, rostrum aperiet ut deuoret, ciuitates & castra alarū sonitu perturbabit, & erit luctus magnus & acer-

bus, qualis non fuit à diebus antiquis & apertis. In Aquicolis occidentalibus in terra Virginalis lilia uniuersa sedabit, nec ultra deiecta aut uilis poterit appellari, eo qd in circuitu eius uniuersa lilia denudabit, quod sol cum Leone moerebit. Et gallo uiuente, alter gallus creabitur, & fauebit Aquilæ.

MVLIER PEPLO PENDENTI SVPRAM terram, habens stellam in sinistra, indicans cum digito, dicens.

CAPVT SEPTIMVM



Vnde Sibylla Cum prophético spū loquitur in uaticinio suo. Post hæc, id est, post modicum temporis egredietur Aquila de Germaniæ rupibus, multis associata Griffonibus, quæ irruens in ortum chrisimatis, sedentem in sede pastoris de quinto chrisimate fugabit in septimū, & irruet in antipatrem, uorabit ipsum, & nidum sibi ablatum uendicabit. & per decem lustra tenebit, & non erit pax in terra Virginali, & gens sine capite regnabit annis illis, de post adhærebit Aquilæ grandis. Figurā habemus Hester. v. cap. diceñ. Duo eunuchi regis qui saniores erant, & in palatio primo limine residebant, uoluerunt regem interficere, quod Mardocheū nō latuit. O Maximiliane, isti duo Eunuchi sunt infideles subditi tui, qui fraudis & maliciæ uenenum gestantes contra pudicā faciem tuam, ut si

deles tuos & te interficiant. Studeas istis temporibus te præseruare usq; ad annum ætatis tuæ tricesimum quartum. Videbis exaltationem nominis tui ab excelso, & quia istis annis à proximis & subditis tuis patieris sinistra plura.

PROGNOSTICVM IOANNIS

INTERFECTORES ARMATI CVM GLADIIS,
interficiētes pueros ut tempore Herodis.



Deuotus

LIECHTENBERGER.

XVII

Deuotus Reynhardus, in spiritu uidens sub Rege Maximiliano tribulationes cleri & ecclesie, prorupit in hæc uerba libro suo multarum tribulationū dicens, Escæ erunt omnes uolantibus cæli & bestijs terræ filij Alemanicæ inferioris, & cordis Virginis ac Scorpionis, & cadent in ore gladij bicipitis, nec unus remanebit ex eis impunis. Erit habitatio occidentalium ac Scorpionum deserta. Euaginatibit dominus gladium Martis extremæ desolationis supra Picardos, Flandrenses, & circumiacentes. Depost in Baioricos scorpionum feretur, & multij radij ecclesie obnubilabunt ibidem in Alemania ac Gallia, quia aduentus dicti regis adueniet sine signis. cū dicit pax & securitas sub regno uersantibus, tunc superueniet eis repente interitus. Vnde in libro multarum tribulationū Ioachim dicit, ad ruinam Hiericho mundi superbiæ, quæ Imperium denotat deloiandū. Reges multi contra Israelitas Alemanos adueniet, sed expugnabuntur propter Maximilianū, quia sublime clypeum eleuabit expectando auxilium non solum ab hominibus, sed à deo, & resurget uolando ad ardua.

CAPVT SVBDIVISVM

At tu supplex ora.

De Germaniæ Archiprincipibus & personis ecclesiasticis.

Ioachim Abbas supra Hieremiam dicit, in ulciscēdo principes ductores sacri Imperij sunt isti septem angeli suas phialas effundentes, quorum unus in terrā, alius in mare, tertius in fontes, quartus in solē, quintus in sedem bestiæ, sextus in flumen Euphraten, septimus in aerem. Ecce qualiter uulnerandus erit tribulatiōibus, angustijs populus Christianus. Specialiter Leuiticus populus, totus clerus, ut fiat quasi unus ex terræ paupibus uilissimus & despectus, & de core regio, ac prælaciæ dignitate, uidimus & quatum gloriū

E

PROGNOSTICVM IOANNIS

caverit se Romana ecclesia praelaturis & dignitatibus, & in delicijs fuerit, tantū dari sibi debeant deiectiones a gaudijs & tribulationes. Nam terra Brandenburgensis Iudaifabit, tam in Christianis quam in Iudæis, aurum pro Deo colentes. Saturno intrante domum Martis, Anno M. cccc. ij. mare Misnensium heu pagani sicut in breui, libertates ecclesiarum amittentes, aquis deliciarum se subijcientes. Fons Colonien. philosophabit ad ardua doctrinis scandēs. Sol Treuiren. religiosabit, uita lubrica aufertur ab eis, per diaboli ministros dabitur genti Francigenarum uel Baioricis ad tribulandum. Sedes Bohemorū hæreticabit in Alemania, ut zizanix denigrabunt triticum praelatorum Rhenensium. Flumen Palatinorum tyrannifabit, adducens alienos in propriam patriam, quod heu dolendum erit. Aer Moguntinus ecclesiasticabit, solis precibus placabit cunctipotentem, sed non tempora longa. expositione non indiget maiori, quia nulla coniunctio Iesu ad Belial, Iouis ad Saturnum, ecclesie ad tyrannos. hij septem phialas fundentes ut supra, Ciliadem unam durabunt, & ipsorum sequaces & fiet nouus ordo in catholica ecclesia, nisi dominus deriderit os & sapientiam postulantibus.

SEPTEM PRINCIPES ELECTORES
circa Aquilam stantem supra
nauim quasi submersam.



Quicquid Hieremias de excidio synagogæ quondam prædixerat, nunc de occidentali & latina ecclesia, que & Romanum Imperium præmōstrat, non frustra præscribitur. Quia & huic nihil est dissimile, quod in ecclesijs Colonien. & Treuiren. non sine gemitu præstolat.

E ij

PROGNOSTICVM IOANNIS

Nam ab anno. M. cccc. lxxxviij. usq; ad. M. cccc. xcix. mihi susce-
 sunt tēpora & momenta, in quo nouo ordine Samuelis exorto, prae-
 conibus Ophin & Phinees sacerdotes & pontifices domini, quasi a
 rege Babylonis à Romano principe captiuabunt, heu capiet arca
 ecclesia. M. cccc. lxxxix. M. cccc. xcij. in Heli summi pontifices cor-
 ruent, & quasi alter Mardocheus sub Aman in discrimine manebit
 agitata. Igitur necesse est syderum interpretes, astrorum iudices cae-
 lestes influxus scientes, ecclesiae ruinam praedicerere, ad plangendum
 non cessent, ne cleri paupertas arrideat, & sub nauicula intereat. O
 effusores phialarum sacri Imperij notate uerba, & signate uerborū
 mysteria. Si ueritatem obticemus, Christi miles non essem. Heu tan-
 ta erit in Alemaniae partibus tribulatio & afflictio inter Iouistas, &
 portantes ecclesiasticam tonsuram, abscondent eam, & se clericos
 esse negabūt, eritq; perfida diuisio inter fratres Cardinales. Ecclesia
 amittent bona temporalia sub radijs uestris, intestina bella inter uos
 exurgent, quia dies domini sicut fur ita in nocte ueniet ad concitan-
 dum animos uestros. Varia quoq; portenta uidebunt breuib; an-
 nis in aere, quae impendentes calamitates denuntiabunt uobis. Ac-
 cendentur ignes in cordibus uestris, Heu qualis turbatio inter fra-
 tres exurge electorum principes atrocissimo aspectu Martis. Aten-
 dite uiri prudentissimi dictum domini dicentis, Omne regnum in se
 diuisum desolabitur. Estote ergo prudentes, ne Imperium destruat
 cessante enim sacro Imperio, necesse est saeculum cōsumari. Aspicio
 te Aquilam quasi deplumatam, heu pennulae ceciderunt ab alis suis
 q; uolare nequit. Nam columba ala una uolare non potest. Sic Peni-
 nauicula inter huius saeculi procellas & turbines uno remo ducitur
 indirecte, & columba quae tantū habet unam alam, nunquid bellis
 terrae, & non solum auibus cadit in ruinam? Nullum siquidem ani-
 mal monstruosum diutinam & ordinatam habet uitam. Omnes ergo
 principes indubitanter, qui ad hoc dant operam, ut Imperium de-
 struatur, quantum ad hoc, sunt praecursores & nuncij Anti christi. Ca-
 ueant ergo hii septem principes electores & eorum ministri, ne pec-
 catis & culpis eorum exigentibus, iusto dei iudicio Imperiū ab ipsis
 auferatur. Nam necesse est ut scadala ueniant, uae autē illis per quos

LIECHTENBERGER.

XIX

antuentura. Et uere necesse est, ut tantus ardor dominandi & ha-
 bendi cor eorum excitet, qui nec facere uolunt quod audiūt, neq; ue-
 ritatem audire quam nouerunt. Ideo oculos habent & non uident,
 ignorantes q; principatus eorum sunt intoxicati ueneno insanabili,
 q; non solum Bohemi, Poloni, uerum etiam Dani, Anglici gaudent
 cum Barbaricis nationibus, quod altissimus auertat. Nam ille pesti-
 fer quem puerorum comestorem fingunt poetae Saturnum, Iouem
 benignum oppressit in hac teterrima eleuatione sua.

EXHORTATIO IUDICIS AD PRINCIPES
 electores Imperij.

CAPVT OCTAVVM.



Vtinam Germania principes, ad quos regnū
 Teutoniarum ad eligendum est translatum & com-
 missum, saperent & intelligerent, & nouissi-
 ma prouiderent. Vtinam saperent iusticiam &
 eam intelligerent, & regē Maximilianū quem
 dominus loco suo eis in signum iusticie posuit,
 quem concorditer in Franckfurdia elegerunt,
 reuerenter tractarent, & ei de ministerio honoris debitum exhibe-
 rent. Vtinam exaltati & dilatati per Romanum Imperium magni-
 tudinem honoris in eos collati, intelligerent, & non essent ingrati.
 Vtinā isti septē ad quos pertinet ius & potestas eligendi regē, Impera-
 torem postmodum promouendum, pericula quae uenient Roma-
 no Imperio sublato prouiderent, & huius regni quod dominus po-
 sit tanq; prodigium supra terram, nouissima prouiderent, & subla-
 tionem pertimescerent. Dum enim sublatum fuerit Imperium, tri-
 bulatio tanta ueniet in mundum, q; nisi dies illi tribulationis, ut in
 Martho & Marco dicitur fuissent abbreviati, non fieret salua omnis
 caro.

PROGNOSTICVM IOANNIS

Nec condemnanda est principum Germanorum sa-
cularis conuersatio cis fluium Rheni, ipsi enim sa-
cerdotium praesentant Samuelis. qui licet esset sacer-
dos, tamen Iudicis officium exercuit, ipse regem ele-
git in Israel, & ipsum consecrauit. Praesules igitur Ger-
maniae non sunt illius uicarij, qui relicta sindone nudus aufugit, sed
sunt eius uicarij qui dixit, Domine, paratus sum & in uita & in mor-
tem tecum ire. & exemit gladium in tempore tribulationis, & am-
putauit seruo principis auriculam, ut ostenderet qd caput libenter am-
putasset. Ergo licet ipsi aliquando ad uocem ancillae Christum ne-
gent, tamen frequenter resurgunt fortiores. nihil est in ordinato in
operibus creatoris, sicut est tempus pacis, sic est tempus belli. Sicut
am sunt homines ad pacem & ad bella ordinati, confidenter loquor
o utri prudentissimi Germaniae principes, suos cum uestris fideli-
bus Rhomano regi tanq̄ aduocato ecclesiae, gerenti alam sin-

stram columbae nauiculae Petri fideliter astaretis, ut

antecessores uestri consueuerunt, tunc absq̄

dubio omnis potestas contraria esset par-

ua. tunc non solum Italia, Lon-

gobardia, Bohe-

mia,

Gracia, sed &

Hispania contremisceret

cum Barbaria. Sed uiso flore can-

tant aue, ad Aquilae cantu silent. puto nullam

admiscuisse falsitatem, petens cum

humilitate ueniam.

VIRGO HIC SEDENS CUIVS EX GREMIO

arbor sursum crescens, manus in caelum

tollat, tanq̄ deplorans Rhe-

niuiagij principes



NOVVS PRINCEPS EXVRGET
in breui tempore.

CAPVT NONVM

PROGNOSTICVM IOANNIS



Alma mater ecclesia plange, o uirgo Rheni-
 gij clama, ululate pastores & rectores Rheni-
 uagij, Lothringi, Vuestraui, Alsati, Sueui, Fran-
 ci orientales, Rhenigaudiu. Exue te uestimen-
 to iucunditatis o terra Virginis, induere cinere
 & cilicio. O Thuringia, Halsa, Vuestervual,
 Vuederauia, luctum unigeniti factibi dicendo,
 Populum enutriui, exaltaui, ipse autem spreuit me. factus est mihi
 quali Leo insidians, ideo uersum est in luctum gaudium meum. O
 plebs misera hucusq; in militia p̄sentis exilij posita, qui regulus no-
 uus surrexit in te, non gubernator, sed desolator fidelium, non con-
 solator, sed deprædator spiritualiu. non protector, sed depressor or-
 phanorum & uiduarum in tota alta Alemania. Nouus destructor,
 nouus rex sine ruga Germaniæ principibus uidebit accedere, sic q̄
 cois poplus dicet unus sic, alius sic, alius sic, radix peccati a Scorpio
 nitis exurget peior Antiocho, qui tulit uasa de templo domini. Pe-
 ior Ioab omi dolositate plenissimo. Peior Achab, qui de uincis do-
 mini Sabaoth fecit hortos olerum. Peior Appollonio, qui tulit spo-
 lia multa de templo domini. Peior Iuda, qui simulando pacem deci-
 piet membra Christi. Peior Holoferne, crapulatis sitiens sanguine
 humanum. Peior Sampson, quem excæcauit malicia mulierum, q̄
 nescit erubescere amplius. Hic erit patrimonij Iesu dilapidator. hic
 erit meretricum lenonū amator. Hic erit draco perniciosissimus per-
 sequens sponsam Christi in multis diocœsibus. qui perturbabit terrā
 ponet orbem desertum, non dormiet, sed continue machinatur ma-
 lum, cuius consilium est cum impijs, & stabit cum cōsilio iniquoru,
 ut experimētaliter testificat. Nam domitianus & Diocletianus erāt
 uiri crudelissimi. Datianus, Maximianus erant uiri sceleratissimi,
 Aphricanus, Iulianus apostata erāt uiri desperatissimi. Nero, Adri-
 anus erant uiri defectuosissimi, quorum nullus fecit tot & tanta per-
 nitiosa quantum hic radix peccati, principum fex, in populo Alema-
 nico faciet. non timebit deum, non parcat sanctis, non formida t ca-
 pita fidei, nō ueretur exterminare loca sacra, nō pudet eū cōmittere
 faci legium. heu quanta perficiet contra catholicam ordinationem,
 uix

Rex magis

LIECHTENBERGER.

XXI

Uix lingua sufficit enarrari. Viri enim sanguinū & dolosi non dimi-
 stabunt dies suos, punieris a Deo o radix peccati. uere punieris a
 deo, nam hoc tibi signum erit, Aurum sapientiæ tuæ obscurabitur,
 quia freneticabis. rumor famæ tuæ infatuabitur, mutabitur color tu-
 us optimus, & diceris per totum mundum hæreticus. non ut pater
 tuus dux syncerissimus, quia omi dolositate plenus. Obmutesce er-
 go abominatio, ne cogites quouis modo seminare zizaniā sylue-
 ris leonis inter Germaniæ principes ac Imperiū. anni tui sicut hu-
 mana sunt tempora, non æterna.

ROTA RHENI INTER DVOS EPISCOPOS
 quorum quilibet manu tenet rotam orans.



F

PROGNOSTICVM IOANNIS

CAPVT DECIMVM.



Necesse est ut uiuant homines secundū spiritum, ut detrahatur ad nihilum superbia carnis. Quia uero om̄is homo carnaliter uiuens, corrumpit per malitiam omnem terram, necesse est ut superueniat Imperij cataclysmus, ut intelligat̄ quod dicitur, quod supra q̄ creditur, omnia deuastabit. Inde dicitur, Ego disperdam eos cum terra. In signum autem talis diluuij, ac tantę tribulationis, ne talis uexatio procedat ulterius ad Alemanos inferiores, ponet arcus in aere Maguntinē. qui inter dominū & hominē foederet. Ciliarchus uir prudens ac iustus, moribus & sciētia cōpositus, p̄uidens ac intelligens curram Dei decem milibus angelorum, ac multipliciter milia in eo descendere, rotam defendere non tardabit precibus coactus. Quis Baruch. iij. cap. dicitur, Fuerūt gygantes nominati, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum, hos non elegit Deus, sed o princeps reuerēdissime cum successoribus tuis uideite uocationē uestrā, quia non sapiētes secundum carnem, non potentes, &c. sed qui stulti uisi sunt mundo elegit Deus, ut cōfundat sapiētes. ut legitur. i. Corinth. Non ergo armis, sed precibus placate dominum, & lex Israel exultabit cis Rheni fluuiū. Nam Mars feroci aspectu aspicit Iouem oppressum, hæc corde recondite. Et quia Herodes & Pilatus facti sunt amici propter innocentem Iesum, qualis ergo cōfœderatio Iesu ad Belial, ecclesię ad diaboli ministros, lupi cum agnor̄ uere dolosa. Disparibus enim bobus nunq̄ trahitur bene currus, Diuina ergo electio non elegit Deos belli, necq̄ belligeros sanguisugas, teste Abacuc. ij. cap. Væ illis qui ædificant in Sion in sanguinibus, neq̄ elegit de sanguinibus, ut patet in matre filiorū Zebedæi. Quare Dathan & Abiron, contra quos defæuit ira Dei, terra absorbit, quia post superbiam & uiolentiam uolebant accipere summum sacerdotium, Num. xvi. Si uis o princeps reuerēdissime fratrem præuenire regnando, prius illum præuenias obsequendo, in leuando ma-

LIECHTENBERGER.

XXII

nus ad altissimū, uinces tu & lex Israel tecum, & dormiant arma uictoria tua, aliās titulum Martis excitabis, & suppeditabitur Aquilæ grandis quod Iouistæ moerebunt, & Mercurius gaudebit.

EPISCOPVS HABENS RVBEAM CRUCEM in manu dextra, & baculum medium, partem scilicet inferiorem, manusinistra.



CAPVT VNDECIMVM.

F ij

PROGNOSTICVM IOANNIS



Post mortē beatissimi Materni in Alsacia in uul-
la Elegia nomine, redierunt Eucharis & Va-
lerius Romam ad sanctum Petrum dicentes,
Supplicamus ut alium nobis adiugas loco Ma-
terni. Respondit Petrus, Non est faciendū ita,
sed ut manifestetur gloria dei coram gentibus,
Accipite hunc baculum meum, & supponite il-
li dicentes, Præcepit tibi Petrus Apostolus, ut in nomine Ihesu Chri-
sti resurgas, quod factum est. qui quadraginta diebus iacuit cadauer
in sepulchro, & uixit postea ille Maternus quadraginta annis. De-
post & dum populum Treuirensē baptizaret, tanta simul multitu-
do confluxit, ut eos baptizari oporteret in riuulo qui ciuitatem irri-
gat, qui tunc Belgis dicebatur. Et dum oleum sanctū deficeret, misso
cælitus oleo, totus ille riuulus consecratus oleo sancto omnibus appa-
rebat, & appellatus Oleuā usq; in hodiernum, quasi olei uia. Porro
baculus eius cum quo resuscitatus fuerat, post mortem ipsius in duas
partes est diuisus. Cuius pars inferior cum corpore pontificis est pe-
nes Treuirensē. superior pars baculi apud Colonien. ea qua decet re-
uerentia, reseruat. Et est causa quare Romanus pontifex baculū
non habet, quem beatus Petrus spiritu prophetico transmisit in uos
Germanos. Notate uerba, & signate mysteria uos Germani. Quis
uos separabit à Treuirensē. à Colonien. fratres em estis? Quid digni-
us baculo sancti Petri? ubi Romanus pontifex suscitabat multitudi-
nem gentium ad fidem Christi. Quid per Petrum nisi sacerdotum
intelligimus? & quid per baculum nisi pastoralis autoritas: per qua
suscitatur ouis errans, ad ouile reducit. Per hunc baculum pastor
sustentatur, dum Romanorū rex summū pontificem, omni qua po-
test reuerentia & honore, subleuat & exaltat. Hunc baculum bea-
tus Petrus Romanus & Antiochenus Episcopus per Eucharium
transmisit ad Galliam Belgicam, dum Romanus pontifex per ma-
nus magnifici Caroli Rromanum Imperium de Græcis transu-
lit in Germanos, longe anteq; fieret id, Petrus spiritu prophetico in
sua missione pastoralis baculi, partem inferiorem ecclesiæ Treuiren-
si, sed longiorem Colonien. Quia licet ciuitas Treuirens. antiquita-

LIECHTENBERGER.

est longior, Colonien. tamen non inferior potestate & merito.

CAPVT DVODECIMVM



Olonia igitur superiorem tenet partem baculi
quia Colonien. Episcopus non solum Roma-
norum regem eligere habet, sed electū præ omni-
bus alijs principibus tenetur & debet consecra-
re. In hoc Romani pontificis præcurrrens officii-
um, qui regem electum Canonice in Imperato-
rem consecrat Romanorū. Manifestum est ergo
quod non solum humana solertia ex necessarijs & rationabilibus causis
fuit institutum, immo diuina præfiguratione præsignatum. sed de
hoc non est uobis gloriandum. Sed quantum uos ostenditis repre-
hensibiles, tanto magis uos ab Imperatoris obsequio facitis alienos
Quid Esaiæ dicit. xxxij. audiatis. Hæc dicit dominus exercituum, Va-
de, & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præ-
positum templi, & dices ei, Quid tu hic? aut quasi quis hic? quia ex-
cidisti tibi hic sepulchrum. excidisti tibi in excelsis memoriale, dili-
genter in Petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet
sicut asportatur gallus gallinacius. Heu si amicitia non est inter uos
fratres, quomodo erit inter extraneos? Tempus adest, quod heu
mala plura inaudita circumquaque euestigio surgere debent.

CAPVT TREDECIMVM.



Viri prudentissimi sub baculo sancti Petri atten-
dite quæso. Reynhardus Lolhardus in quadam ui-
sione ita uidens tribulationes cleri in ecclesia san-
cti Petri, prorupit in hæc uerba. Post hoc certabat
duo fratres, habentes unum baculum in ambabus
manibus, unus rubeam crucem inferius gestabat,
alter nigram crucem superius, & totus clerus tri-
stebatur. Accesserunt lupus & ursus rapientes baculum, steterunt
fratres contristati, timendum quod tempus adsit. Datur intelligi, quo-

PROGNOSTICVM IOANNIS

modo ex dicitu Gelriæ exurgēt noua mala. liliū intromittetur,
 & ursus crucians ecclesiam Coloniē. de post ad Treuiros ascendet
 Lupus aduersarius ecclesiæ, ut rapiat substantiam eius. Vnde figurat
 Genesis. xli. ubi legitur, Alia septem boues egrediebatur de flumio,
 fœdæ confectæq; macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis
 uberrimis, deuoraueruntq; eas, quorum mira species & habitudo
 corporum erat. Datur intelligi quomodo septem nequam deprimēt
 terram Treuiren. emergent ut euoluent. Et dicunt fœdæ, quia eccle
 siam cum clero maculabunt, deformantes conuersatione s honestas
 Et sunt confectæ macie, quia exhaurient pinguedinem religiosorum
 & praelatorum, pascenturq; in ripa amnis continue fluentis. O Mo
 sella fluens in Rhenū, placa creatorē. Et post tribulationes plu
 rimas fugabis tu o crux rubea ut fidelis Israel illos septē
 nequam, ut figuratur Deutero. vii. cap. dicens.

Israel de terra sancta septem gentes fu
 gauerunt. Gergezæos, Morræ
 os, Enæos, Ethæos,
 Chananzos,
 Iebuzæos, & Pherezæos.
 De post manebit in pace locus tuus
 o crux sancta baculusq;
 Eucharij.

EPISCOPI TREVIREN. ET COLONIEN.
 habent baculum in manibus, quem rapere ui
 dentur Ursus niger, & Lupus
 griseus.



Attur intelligi. post intestina bella incepta inter domi
 nos reuerendissimos Treuiren. & Coloniē. uenient
 ursi syluestres, ac lupi interfectoriales. Sæcularitas tri
 bulabit eos sub Maximiliano uel Francigena, & illa
 tribulatio similibitur tribulationi quæ fuerat tempo
 re Machabæorū, in qua tribulatione summū sacerdotiū fuerat occu
 patum a Pecone, Menelao, Lisniaco, et Archimo. Et ipis tribulatio
 nibus finitis, Chrs princeps pacis nascebat in carne, & Octavianus
 a populo Romano recepit mundi monarchiā. & sicut summū sacer
 dotiū uacabat per mortē olim Machab. sic sub isto Maximiliano ua
 cabit heu sedes Romana, ut credo, per annū cum dimidio, ut habet
 vi. ca. li. Cyril. In quo tpe tribulatio magna erit, & resurget no

PROGNOSTICVM IOANNIS

nis ordo, & noua restauratio in ecclesia, & multi pseudopontifices erunt a reformatione in Italia & Romania. Vñ Sibylla Erithrea clarissima pphetissa sentiens aduentu pulli post matrem aquile, & pseudo pontificu qui erunt eius tpe dicit, Post hæc ueniet altera Aquila, quæ igne fouebit in gremio sponsæ Christi, & erunt tres adulteri, unusq; legitimus qui alios uorabit. erunt tria nomina blasphemiae, cantus abominatio ascendet in conspectu altissimi, & finis eius interitus.

Tres Episcopi confirmati à Papa, infulati predicantes populis.



Sibylla

CAPVT DECIMVM QVARTVM.



Sibylla Cretensis sic loquitur de Aquila & lilio, & pseudo pontificibus. Erit in insidijs sponsæ agni, depauperans cultum eius, & erunt sponsi tres adulteri, unusq; legitimus in cætu debilis qui alios uorabit. Deinde cantabit gallus, optima fiet restauratio in ea. Et fulminabit ipse legitimus Papa sententiam in tres Alemanos præ-

latos, tanq; inobediētes & rebelles sponsæ agni. Datur intelligi. Erunt tres adulteri pseudo pontifices Episcopi, simul orta discordia inter illos, Vnus canonicè & legitime electus à Papa, in cætu debilis, dum adulteris resistere nequit. Vnus adulter alios uorabit, ut expellat, interficiat tria nomina blasphemiae, prædicantes hæresim, concitantur populum contra clerum, cuius cantus abominatio, quia simoniaca labe resperfus erit, quousq; pes unus & sex digiti numerentur, finis eius interitus casualis. Vnde propheta, Disperdam nomina idolorum de terra, id est ecclesia. Cantabit gallus, id est uerus

Papa. optima fiet restauratio erroribus extirpatis, & sub ipsa Aquila finientur tribulationes cleri. quia post ipsam

Imperium destruetur. Illud attendite
o religiosi Treuirens. & uos philo
sophi Colonien.

ne lupi

rapaces introeant

in ouile uestrum, fratres em

estis, ne alij accipiant coronas uestras. Tempo-

ribus em uestris exurgēt no-

ua inaudita in ecclesijs uestris, quæ

almipotens auertat.

MONACHVS PERCVTIENS ALIVM
monachum disciplinam dando.



CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Vta mala cadent his annis in religiosos, ac deu-
colentes. Multa namq; inter se discrimina simu-
lantes, iurgia exercebunt. Ipsorum castitas, iu-
sticia, pietas, parsimonia, sobrietas. &c. dimi-
nutionem passura uidentur, propter Martem co-

tionis magna dispositorem in ipsorum domo. Vnde inter ipos
ria, contentiones, odia cum liuore orientur. Ad plura, non ad om-
nia uitia praecipites erunt. Stupra, adulteria exercen. latenter, & simi-
lia. Vnde in libro lamentationu Hierem. prophete dicit Ioachim, Cer-
te uita cōtemplatiua olim in ueteri lege uiguit sub Helia & Helisao,
& filijs prophetaru in filijs Israel. Sed quia torrens Carith deficit in
eis gratia spiritalis, propter errores nephariae Iesabelis, uita ipa mi-
grauit ad Graecos sub Paulo primo heremita, Anthonio, & alijs here-
mitis. Inter eos quoq; reperti sunt haereticarchae, & falsi religiosi utri-
usq; sexus, qui quia fornicati sunt a deo suo, uita ipa cessauit. O uiri
euangelici, monasticam uitam ducentes attendite, ex quo fractum
est capisteriu supra mensam, & regula monastica est diuisa, non po-
test nisi ieiunijs, sed delicijs epuliscq; uacare. Eatenus expulsa est spi-
ritualis uestra religio, & dabitur Gelfis & Gebelinis. Hinc & Esai-
as, Egeni & pauperes quaerunt aquas, & non sunt. lingua eoru sit
aruit, proinde dabo in supremis montium flumina, & in medio cam-
porum fontes. Datur intelligi quomodo Abbatia, Monasteria, &
praelaturae subiciuntur temporalibus, & metent ubi non seminaue-
runt, colligent ubi non sparserunt. Vnde tulerunt inde aurum meū,
id est literam & doctrinam a monasterijs, & fecerunt inde Baal lo-
cum Martis principes saeculares. Aurum est etiam diuina scriptura,
quam ex Decretoru & aliorum cōpositionibus auferunt, & in De-
cretales & auaras sententias, doctrina scq; transfundunt ipsi religio-
si. Sic necesse est ut lingua simplicis siti areat auaritia, quam libera
& pflua doctrina Euangelica non irrigat. Haec est illa sitis & siccitas,
arefacta cupiditas, de qua & dicitur Samaritana hydropica biberit
superuenietem aliam non extinguit. Montes sunt praelati, & magni
Abbates in saeculo sua gymnasia erigentes. Supremi colles uiri reli-
giosi, Priores, Praepositi. Sed campi sunt fideles simplices. omnes er-
go sitientes uenite ad aquas. heu circūqua q; monasteria deperpera-
buntur. Ipsi saeculares sunt isti equi uarij coloris, & fortes ad discurre-
dum uias monasteriorum, & terram designati in Moyse & Helia,
quorum unus Pharaonem & eius exercitum deiecit in mari rubro,
alter Achab cum Iesabele & sacerdotibus Baal zelo diuino peremit.

PROGNOSTICVM IOANNIS

Sicut ordo Templariorū interijt, sic Benedictini, Anthonitæ, Carthusienses amittent plura cū Bernhardtis, Præmonstraten. ac alijs & fere omnis religio mœrebit sub Ciliade p̄senti, benignissimi Iouis oppressione. O uiri Euangelici rogate Booz dominū messis, ut expandat palliū gratiæ suæ supra uos, quia p̄p̄inqui estis mihi, indulgendo.

DE GALLICIS ET PRINCIPIBUS GALLIÆ.

Collegi ex dictis antiquorū Galliā traxisse nomen à galla Græce, quod est la latine, eo q̄ n̄tidiores sunt Hispaniōis ac carteris. Videtur q̄ non incōgrue Galliā dicatur etiam propter proprietates galli, quæ sunt triplices, iuxta tres gallos hic effigiatos.



LIFCHTENBERGER.

XXVII



Am primus gallus dicitur malus, quia est superbus, clamorosus, luxuriosus, inconstans, p̄nus ad lites, pronus ad pacem. vnde Gallici qui has proprietates habent, sciant se uel clamant palam de uili Gallicorū genere traxisse originem. Proprietates galli boni sūt max. pulcher in corpore, pulchrior plumatus quam depumatus, auax, hilaris, amatiuus, & liberalis. Iste qui ita fuerit, de nobili Gallorū profapia traxit originem, uel consueudo mutauit in eis naturam uiliorem. Porro hæc sūt proprietates galli optimi, circumspectus, euigilans, seipsum alis post excitans, gallinas, id est subditos bene regens & foecundans, granum ex paleis eliciens, proximis cōdiuidens. Iste gallus est spiritualis prælatus in ecclesia.

CAPVT SEDECIMVM.



Orandum à Priamo usq̄ ad Faramundum, & à Faramūdo usq̄ ad Hildericum omnes reges & principes Gallicorum fuerunt gentiles & pagani. Hic Hildericus cognouit ancillas & uxores, eatenus expulsus ad Thuringiam ad Basamum regem confugit, & coniugem eius Vastā illicito coitu cognouit, quæ genuit Clodoneum de adulterio gentiliū. quem sic procreatum Remigijs baptizauit. Ex isto Clodoneo omnes reges Franciæ Christiani fuerunt. & primus Carolus qui dicebatur Marcellus, ex adulterio natus fuit ex parte Pipino, & Alpaida matre, qui Carolus expulsis filijs legitimis patris sui Drogente & Gynaldo, successit patri in regno. Erat tyrannus, multas clero & ecclesiæ inferēs insidias. hic fuit de malo gallo. Cum moreretur idem Carolus, Papa somniū habuit in Vrbe, q̄ Carolus Marcellus Fracorum rex mortuus esset in Treuiri, & cum corpore & anima duceretur in infernū. Misit ergo Papa nuncios ad Episcopum Treuiren. qui aperto monumēto serpentem inuenerūt miræ magnitudinis, corpore non inuento. Et dicitur in lib. Regum Francorum, q̄ de Carlingis, id est de stirpe regis Caroli Franci su-

PROGNOSTICVM IOANNIS

scitabitur Imperator in nouissimis nomie. P. qui erit princeps & monarcha totius Europæ, reformabit ecclesias & clerum. post illū nullus amplius imperabit. Ergo manifestū est, q̄ sicut Romana ecclesia dei sit regnum Romanū, & similiter regnum dei, de quo regnabit Iud dicit, quod Iesus dixit discipulis suis, Vobis (inquiens) datum

REX FRANCIAE CVM
Lilio in vexillo.



CAPVT DECIMVM,
septimum.

B Rigida de Suetia in reuelatione sua dixit, Egre dies liliū ex agro occidē tali, erit crescens in mille milia in terra Virginali. recuperabit amissa, odore suo rigabit uenēnosa, & erit formosior cedro. O iuuenis in terra liliū attende, quod noua testamētū iueterata sapit. Impinge tabulæ cordis tui, quæ hucusq̄ rafa, quæ so clemēter, in regibus cōgruit. Corrige cō-

LIECHTENBERGER.

XXVIII

scientiā tuam, studeas an sis de gallo bono uel malo. Nam de bono gallo antiquum propheticū inuenit ita, Aquilæ grandis sociabitur liliū, & mouebitur ab occidente in orientem contra Leonem. Leo carebit auxilio, & decipiet à lilio. fragrabit liliū in Alemania, unde laus sua ultima uolabit sub Aquila.

MEDIA AQ VILA IN DEXTRA,
in sinistra Liliū.



CAPVT DECIMVM,
mum octauum.

De laudibus liliū ita subinfert. O Francia terra nobilis, quæ talem fers flore, qui arborem arefacta in annis multis tractis sola odoris appensione uirescere facit. Et amore charitatis inflāmabit Aquilam orientalem, uolando ad ardua alis durabus, fulgens in montibus Christianitatis. Illud est liliū odoriferum, unde apes fidelium in ecclesia sugent mel affectionis ac desiderij. Rebelles sugēt uenenum lamentationis in agro Virginali, & liliū cū aureolis stabit illæsum. Illud liliū afficiet puellulæ Scorpionis Alemanicæ nationis appendere fertis festiuitatum. vnde lugubriter lugebunt. O iuuenis in terra liliū attende ne dicaſ, Væ terræ in qua tex

PROGNOSTICVM IOANNIS

puer. Cum tu sis ille qui agrum Saphireum fers sub caelo tribus al-
reis lilijs insitum, quid te docebunt? Nam primum liliū prædicat
te & successorem esse, & ministrum altaris, uicarium Christi manu
sinistram tenentis in Epistolis uniuersarum nationum. Secundum
liliū prædicat te, & tuos esse columnam Christianitatis in parte
occidentali, ab isto lapide marmoreo qui abscisus est de mote sinema-
nibus. Tertium liliū prædicat te esse aduocatum sponsæ Christi,
gerentis aureolā liliij in capite optimi odoris. Ergo uocitaris Chri-
stianissimus inter omnes reges. O candor liliij micans in ecclesia, quæ
liliū angelus infixit, Remigius Francorum apostolus unxit, Dio-
nysius demonstrauit, Ludouicus exaltauit, Francia nutriuit, Gallia
decorauit. Attende, nam si de malo gallo processisti, scias illud sub
regimine tuo.

CAPVT DECIMVMNONVM



Omens est Deus & Francos suscitare aduersus
ecclesiam, quo eam humiliabunt. Heu ille, qui
est omni infamia, famosi quæ sceleris maculatus
felicibus semper auspicijs, & maximis hono-
rum cumuljs utitur, cruento adhuc gladio ty-
ranica cupiditate, ac Marciali temeritate ad cul-
men extolletur regni iuxta statum uniuersum
que, Vt heu heu Bohemorum hæresiarcha felicitas exaltata est, & spi-
ritualitas suffocata. Illum uero quem uirtutū adornat insignia, salu-
tiferi Iouis passione maximis erumnarū calamitatibus præcipitem
celeritate oppositū lugubrica, immatura faciet morte perire. Vtem-
pore Caroli nouissimi regis Francij comes de Armgack, & Ludo-
uicus de phinus, heu in alta Alemania contra catholicam ordinatio-
nem cruentis gladijs, incendijs ac rabidis uultibus exercuerunt. Sic
sub nouello innocenti, quem puerū uereor uocitare, heu uaria orie-
tur incommoda, tam in c'ero quā in populo. non uerentur sui exor-
minare loca sancta. O puer attende, an bonus gallus sis, nra te infor-
mabunt, an Christianissimus sis. Nam si de bono gallo traxisti origi-
nem,

LIECHTENBERGER.

XXIX

nam, quare columnas regni tui nō erigis? non alis tuis excitas, eis
grana bonæ famæ ac honoris ostēdis. I. sacerdotiū, Regnū, ac studi-
um Parisiense. His siquidem tribus columnis tan quæ tribus virtutibus
uicelicet uitali, naturali, ac animali liliū uiuificat, augmentat, atque
regitur, & tan quæ fundamento, pariete, & tecto idem regnum tuum
quasi materiali ter perficit.

BOHEMORVM REX
armatus.



Hoc autē scias, quod in diebus
tuis instabunt tempora pe-
riculosa, quæ prius non fue-
runt. peiora quæ sub Pufella,
nam proprii tui aduersum
te surgent. Folia liliij distir-
pentur, & liliū in agro Vir-
ginis arefiet, & sic malus
gallus male perdet. Ergo
princeps Apostolorū te &
tuos docuit dicens, Deum
timete, & regem honorate
Romanorū. Cætera in lib.
uerborū huius interpretati-
onis sunt scripta, Vale.

CAPVT VICE-
simum.



Maginandū
& firmit cre-
dendū est, quod
nostra deme-
rita peccata,
& heu uariæ præceptorum
Dei transgressiones, & sine
dubio irrefrenata cupidi-
tas seu concupiscentia, qua
H

PROGNOSTICVM IOANNIS

quæ nō cōtenta debitis limitibus & proprijs, iniquo cursu sibi uen-
dicat aliena. Quæ nostris nunc temporibus heu ualde multipliciter
& intrepide à nonnullis utriusq; status, tam spiritaliũ q̄ seculariũ
exercetur ita, q̄ Christi militans sponsa non uidetur à capite usq; ad
plantam pedis, tanta peccatorũ uulnera per omnia sua mēbra unq̄
habuisse, quanta his tēporibus sustinet sine fallo. Non em̄ alstra neq;
eclypationes nos torquēt, sed peccata & heu facinora quæ facimus
numero carētia, tristitias, mœrores, mortes, morbos, famem, guer-
ras, heu & q̄ plura alia impedimenta supra nos euocant & dolores.
Heu Beelphegor hæresiarcha Bohemorũ, regulus uenenosus, qui se
pro rege Bohemiæ gerit, Romanæ ecclesiæ ac orthodoxæ fidei ho-
stis acerrimus, per hanc sæuā eclypationē sponsæ Christi turbatio-
nes plurimas, noua iacq; affert, heu egregiosq; uiros iterficiet, ò iuue-
nis ad bella ductus per tuos, quomodo audes uiuere in statu, in quo
mori non audes? nescis q̄ sepelieris sepultura asinina. Progenitores
tui uiri catholici, uiri famosi. Quid tu gloriaris de doctoribus tuis
excōmunicatis? Verum est, tu colligis cementũ cum straminibus,
arenam cum lapidibus, argillam cum cinere, de quibus nullum mu-
rum cōstrues. Tu pelles mortuas uis consulere. i. doctos hæreticos,
qui nesciunt quid dicunt. Sequere Paulum, qui non est missus ad le-
gem, sed ad Ananiam, si non hunc, uade ad Herodē, qui clam̄ didi-
cit à magis ubi Christus nasceretur. Videas ne depræderis, uolēs col-
ligere aurum, aurichalcũ in manu tua inueniat. tu dominaberis, sed
cito adimplebitur tempus regiminis tui. Cum enim in ætate tenera
fuisi, sicut à parentibus ducebaris, sic fecisti. Iam ubi ratio sensui ce-
pit dominari, excute quæso quæ sunt paruuli. Qualem quæstionem
cum lupis & cornu petis habes? O uirus insanabile, tua pompa, ut
rex ecclesiam damnat, spiritum sanctum blasphemat, animam cum
subditis cruciat. Doleo uere, & iterũ doleo. Nam qui uiderit te, plan-
get & lugebit super te uirum doloris & dicet, ecce homo qui praua
luit in uanitate sua. Si enim Cham maledictus est, eo q̄ uerenda pa-
tris sui non operuit, multo ampliore condemnatione dignus exiit
qui patribus legatione dei fungentibus contumeliam inferens, agno-
sce tamen stellarum influxus, sicut radium solarem descēdere super

LIECHTENBERGER: XXX

urum & stercus. Vere turpiter subibis. Corrige, emenda uitam tu-
am, & idolum tuum excōmunicatũ, anathematizatũ, à patria expul-
sum ut uiperam fuge, intoxicabit animam tuam sine fallo, & post te
ueniet qui ecclesiam Pragensẽ adducet ad matrem fideiũ, & erit
noua reformatio in Bohemia.

HUNGARORVM REX ARMATVS.



CAPVT VICESIMVM
primum.

HEu inuidia, &
sola auaricia
principum et
gubernatorũ
multos infatua
uit, multosq; seduxit, et q̄ plu-
res iugulauit. qui totam sub-
stantiam, corpns propriũ, &
subditorum causa fidei dede-
runt in perpetuã memoriã
Hæc memoriã ueneno inui-
diæ, ueneno auaritiæ delect,
lapis angularis unitatis scin-
ditur, gloriosus Hungarorũ
rex, &c. mediocriter dispo-
netur, quia retrogradationē
patietur. Si in laudem tuam
ò Mathia aliquid dicta uero,
minus erit quodcunq; dixe-
ro. Nam opera summæ ma-
gnitudinis tuæ nō potest ex-
plicare lingua carnis, sed tũc
eam. s. laudem uerius exple-
bimus, cum hoc nos exple

PROGNOSTICVM IOANNIS

non posse cognoscimus. Tunc facundius loquimur, cum ab his ob-
 stupescendo reticemus. Ad narrandū magnifica opera tua habeo de-
 fectum in calamo. totum Constantinopolitanū Imperiū prædicat,
 tota catholica ecclesia te collaudat, tu solus clypeū crucis Christi ad-
 uersus Turcū erexisti. Tanti em̄ splendor in laude tua, tanta in ma-
 gnitudine tum consilij dignitas, ut hæc à uirtute donata, quibus ui-
 ues temporalia longa inuictus, cætera à fortuna cōmodata esse uiden-
 tur. Depost domuisti gentes inhumanos, Vniensēs, elatos Austria-
 les, extraxisti caudam pauonis, cepisti ciuitates & oppida, flagellū
 Dei fuisse permissiue, cætera omitto. Sed tantum ea uicisti, quæ na-
 turam & conditionem habebant, ut uinci possent. nulla enim tanta
 uis quæ non ferri uiribus debilitari frangiq̄ possit, ac animū uince-
 re, iracundiā cohibere, uictoriam temperare, iusticiam colere, fidem
 seruare, pacem prosequi, rectos fouere. & quod omnibus his maius
 est, Deum timere, Imperatorem honorare, mandataq̄ eius seruare
 nouisti. nihil enim est operis *manifestum*, quod non aliquando de-
 ficiat, & cōsumat uetustas, Dicente sapientissimo Salomone, Omnia
 orta occidunt & senescunt. Beatus igitur populus tuus, uiri tui, ut ait
 Regina Saba ad Salomonē, & beati serui tui qui stant coram te. Do-
 mabis & aliam gentem, ubi famam & laudem acquires ultimā. Sed
 post te exurget maior te, flagellū longiturniter percuties canes in-
 delibissimos. Hæc arguunt ex domino terræ tuæ, & gens Sagiptaria
 regnabit temporalia longa in Christicolis tuis, & Regnum Hungaro-
 rum dabitur & reseruetur alteri, qui erit pius & multū misericors
 quo ad ecclesiam. Ipseq̄ reformabit ecclesiam Pragensem, & sanctū
 Sophiæ templum Constantino. scanderq̄ ad ardua inter catholicos,
 sed non de sanguine Mathiæ, sed de rupibus Alemanix oriatur &
 exiet rex syncerissimus.

manufactu

COMES PALATINVS.

CAPVT VICESIMVM SECVDVM.



Istat iuris na-
 turalis æqui-
 tas, probat
 hoc recte ra-
 tionis per-



acacitas, attestantur hoc
 nnales, q̄ principum ge-
 ra conuenit cōscribere, ne
 obliuio mater erroris inter-
 ueniat. Congruit itaq̄ sapi-
 us conspicere eadem, quate-
 nus ex eis elucescat, unde
 bonus commendat, & ma-
 lus uituperet. ut sicut tanq̄
 ex relucenti speculo ualeat
 extergere sordes criminū,
 & immaculatū laudare do-
 minum. Libet igitur huius
 Comitispalatini intueri suę
 exaltationis initiū, ut pate-
 at q̄ honestū fuerat suę con-
 uersationis principū. Nam
 splendor paternæ gloriæ, et
 odor lucis æternę clare fun-
 dens ex æthere thesauros
 suę gratiæ in ipm Comitē
 palatinū, tam morum q̄ sa-
 pientiæ. duos enim micates
 radios largifluos per lacteum circulum suę clemētiæ, sicq̄ præ mul-
 tis principibus, quasi columna nubis candida, uirginalibus sit diui-
 nitus missa cis fluuiū Rheni. Hic Comes palatinus non est idolatra,
 sed uerus dei & Christianæ religiōis cultor, & testis optimus. Quid
 autē huic iusto, pio, clementi principi præsens eclipsatio portēdat,
 audiat dominus meus benigno fauore.

PROGNOSTICVM IOANNIS

AQ VILA SVpra SILVAM VOLANS
sub una silua Leo medius uidetur, sub alia
silua Leo torus uidetur, sub tertia
Leo absconditur.



CAPVT VICESIMVM TERTIVM.

LIECHTENBERGER.

XXXII

Saeuissima & ualde horrenda huius eclipsis erūt portenta, & longe saeuiora q̄ ab hominum memoria habita aut uisa fuerint, adeo ut ad mulgatione significationis eius me propemodū horror deterruit. Longe nanq; malitia & saeuitate eclipsim illam praecellit, quam maiores nostri Martini potificis tempore fuisse narrat. regibus quibusdam & principibus minime profutura, sed plurimū noxia. Ex quo in signo regali & capite fuerit zodiaci, maximam regibus & dominantibus iacturam indicit. Et contra eos uario infortunorū genere grassabit, plurimis quidem ipsorū repentinū & insperatū mortis accernit exitū. O dux syncerissime fortunā influxam à caelestibus noli amittere. Tu imitaberis domesticos tibi contrariantes, Regem Iherosolymitanū excitabis, Aquilam dormientem prouocabis, Leonem siluestrem aduersus ecclesiam insurgere & garrire facies. Tu in altissimo cacumine scalae tuae existis, aspectum amabilem arripuisti, à leuinculis honorem per cepisti, nidulos preparasti, leuinculos domuisti. Attēde quid dicatur. qui se existimat stare, uideat ne cadat. Heu caotilia in agris tuis succrescent. Nam subditi tui per hanc saeuissimam eclipsationem ab inimicis aut amulis opprimētur, alij à subditis & familiaribus dominandi causa patientur insidias. Simili modo ciuitatibus & uillulis tuis, gubernatoribus & praesidibus crudeli semper feritate praesens eclipsis obsistet; uarijsq; periclitabunt insidijs. Alios nanq; ex honoribus, & administrationibus suis cum dignitatis iactura deponet. alios sub principatu tuo turbuletis seditionibus oppressos, populariū manibus dissipatos taliter interiment, ut mortis eorum auctores nec inueniri possint, nec dici. Et ut in summa dicam cunctis principibus Baatorica terram tenentibus, ac ibidem regnantibus funesta calamitatis decernit p̄sens eclipsis incommoda.

PROGNOSTICVM IOANNIS

LEO SVpra MONTEM CORONATVS,
& tres leones secum sub monte.



CAPVT VICESIMVMQ VARTVM,

LIECHTENBERGER.

XXXIII



Princeps illustrissime, qui Leonem geris in ca-
pite coronatum, liberum omni impedimento
attende, ut principibus congruit, clemēter. Nā
iuxta dictum principis Astrologiæ Ptolemæi,
Vir sapiens prædominatur astrorū influxibus.
psens eclyplatio prædicat tibi & tuis fortunas
uarias. Nam tibi & tuis leunculis mōtensibus,

maxima glorię conferent insignia. aut tu, uel de sanguine tuo unus
erit equitum dux, aut peditum duces exercitum, aut nauale com-
mitteretur Imperium, aut aliter utcunq; apprime equo uectus, milita-
res exercebis armaturas. uitæ necisq; potestatem acquires. aduentū
tuum ciuitates & castra semper phorrescent. & nisi eclyplis contra
operaretur, processu temporis omis felicitatis substantia tibi & tuis
accederet. Verum fatidica hæc eclyplis in præcipitiū & malæ mor-
tis exitium ducet, nisi prudēter uigilaueris. quia ab Aquila leo mon-
tensis patietur væ & lamentum. Ergo princeps illustrissime, neces-
se est ut fiderū interpretes, astrorum iudices, scientes cælestes influ-
xus, ruina principum ac infortunia non cessent prædicere, ut cog-
noscas unum solum principem in cælestibus dominari.

Mortalitates per gadium, & decollationes, & sanguinū effusio-
nes quas cælum & stellæ influunt, & iudicent spero sapientes tui o-
mnes, reconcilientur, amicabiles quoq; confœderationes causa quie-
tis & honestatis intromittent. influxus em cælestis liquorum men-
tes hominū mulcebit. Vnde insidiæ placabunt. difficile em erit or-
tas insidias posse ad bella & sanguinū effusiones deuenire, nisi parti-
cularis reuolutio potenter id impellat. Si quos uero mori contingat
quicunq; dictarum mortalitatu, illi de radice geminorū, ut infra pate-
bit, erunt. Itaq; erunt anni plures subintrantes Ciliadem præsentem
pacifici & prosperi, & satis fertiles compassione iam ad multos præ-
teritos annos &c. Parete iam fortunam prosperam arrisum ire his,
quorum radix est Sagittarius. Hij sunt qui iusticiam, honestatem, &
pulchritudinem roboratas lege naturæ pro fundamento habent. oc-
casione cuius comotiones, intricaciones facient in usurpatis per ge-

PROGNOSTICVM IOANNIS

minos, quæ iusticiæ, honestati, paci, utilitati derogare uidentur, & timebitur difficultas magna sub principatu tuo, quæ tamen sine laudabili terminabitur. Maius tamē periculum, quod tibi uel tuis d'yncerissime princeps, imminebit in mancipatione nouitatum. In tuis itineribus contingeret, & in montibus ad loca aliena causa bellandi. In pactis uero & compromissionibus, scæderibus & ordinationibus tuis, plus q̄ bellis aut exercitiū moribus proficient sine fallo, Leo ergo in montibus securus dormiet, & in speluncis. uenatores em̄ uestigia eius non cōsiderare possunt, nisi in egressu & descensu. Hæc corde reconde, in terris & oppidis tuis hæc significata cōtingent, & surgent sub tuis nouitates cum quadam decentia & pulchritudine. Et quæcunq; dicta sunt per me de tua potenti serenitate, intelligi etiam debent de statu & officio & artificio circa populares tuos &c. petens cum humilitate ueniā. Sed de sanguine tuo exurget maior in regimine, cæli rotunditas illa parit. Confœderatio tua, funiculus tuus rumpetur. fides confœderatio franget tibi. Aduersum te excitabit Aquila bestias regni, proximi tui exurgent, & leunculi parum dabunt fugam & mœrebunt. Illa arguuntur ex Sole domo earum, in proprijs nidulis patient leunculi radio solari. oriente ac radiante sole, cætera stellæ leonistæ obsuscabuntur, & sicut lumina uestra à sole incendistis, sic eclipsationes, passiones, deiectiones patiemini tempora longa.

LIECHTENBERGER:

XXXIII

STATVA VNA VBI DVO PEDes stant, similis statuæ Nabuchodonosor.



ARBOR TVRCORVM CVM Q VINDECIM
ramis, quorum medietas est arida.



CAPVT VICESIMVM Q VINTVM.



DAnielis. ij. legitur, post uisionem regis respon-
dit Daniel. Porro quia uidisti partem pedum
testeam, partem ferream. Sicut ferrum non po-
test misceri testæ, sic erunt sub Romano Imperio
discordiæ inter catholicos et infidelissimos Tur-
cos. pars solidabitur sub Imperio Cōstātinopo-

itano, pars altera conteretur. s. Trapefundorū Imperium, tunc susci-
tabit Deus regnum cæli, quod stabit in æternum.

Othomanus primus Teucer, omniū Teucrorum gubernatorū
primus extitit Imperator bellicosissimus. hic miscuit ferrum in Chri-
stianos semper cum Prutenis, Polonis, Tartaris, Ruthenis guerri-
sans. hinc inde strenuus in & contra fideles Christianos in omni uici-
natu, semper ubiq; aureum caput statuæ Christianæ religionis into-
xicans. Ergo inter omnes priores gubernatores, capitaneos, & re-
tores Turcorum ab eisdem sic est cognominatus & cōnumeratus.

Thamarlinus Christianus maximus, & antiquissimus rex atq;
fortissimus olim Alemanorū, Armenorūq; immo & Tartarorum
maioris & minoris, Capadociæq; dominus metuendissimus, sem-
per contra omnes Turcos inimicus existens hostilissimus. nam sine
lege & naturali mansione, uti uestpitiones oēs Turci in multis ter-
ris degebant, & sub uilissimo incessu eos cogebat apparere. Tunc
aurum uersum est in scoriam, & mutatus fuit color optimus.

RAMVS SECVNDVS.

Orchanes de post Christianam religionem intoxicare uolens
ueneno infidelitatis, tandem in Schlesia à magnis Polonorū princi-
pibus iuxta oppidum Neumarck, unā cum suis cōmilitonibus, &
Turcorū coadiutoribus, numero. x. viij. milium Turcorū, paucisq;
euadentibus Dei cum adiutorio sæuissime est interfectus.

Amorathes tertius, plurimas terras & prouincias Tartariæ maio-
ris & minoris iuxta Thaffam, mareq; ponticum, Hel'espontū, Eu-
xinum vi gladio & igne sibi strenuissime subiecerat, sic q; Impera-
tor Trapefundorū, & Thamarlinus rex Alanorum ac Armenorū
propter metum non poterant resistere iræ ipsius. Heu quantum pas-
sum est aurum & statua religionis Christianæ.

Pozaites quartus regius uenenosus insequens Christianos,
I ij.

PROGNOSTICVM IOANNIS

tandem à Thamarlino rege, maximoq; metuendissimo Alanorū Armenorūq; principe captus & prostratus fuit in bello. Qui Thamarlinus rex semper ipsis Turcis infinita maximaq; damna & mala die noctuq; gladio & igne intulit, ut Draculus de Molda & Vuahchia pariformiter semper strenuissime in & contra omnes maledictos Turcos, omnes suos militarissimos, & egregialissimos hostilissimosq; actus sine intermissione exercens, ut uerissimus Christi athleta milesq; fortis semper dimicabat, ne statua Nabuchodonosor caelestis regis religio caderet.

Calapinus quintus Imperator, Christianissimū Sigismundū in campo Philadelphiæ prope Schilcach dirissime gladio conuicerat, multisq; Christianorū comilitonibus, equitibus & peditibus ibidem à Turcis heu miserrime prostratis, Sigismundo cum quattuor suis comilitonibus fugato & uix euaso. Per hoc obtinuit heu Turcorum Imperator Calapinus Trapefundorū Imperium, & plura alia minutissima loca ac ciuitates illius Imperij sibi uel gladio, & igne potenter subiecerat, quæ tamen per Eugenium & Sigismundū subtilissime ad gremium ecclesiæ fuerunt reportata.

Salamannus sextus, heu plurimas prouincias & terras Alaniæ, Armeniæ tam maioris q̄ minoris in & contra potentissimū Thamarlinum regem per omnia, & nigromontana loca continuo debellans. Tandem ille Imperator Turcorum ad omnia eius uota, ibidem loca opulentissima summarū ciuitatum, & inelytorum oppidorum uel & gladio, sicut suum obtentum habuit absq; aliqua resistētia Thamarlini, qui heu unā cum Imperio suo strenuissimo Salamanno Turcorum Imperatori factus est seruus & tributarius.

Orchanes septimus, plurimas optimas ciuitates & castra, prouincias ac terras à Christianis hinc inde in diuersis regnis, & præcipue ab Imperio Trapefundorū extorsit, à supra & infra etiam maris Pontici & Euxini, ac brachij sancti Georgij uel, gladio, & igne ubiq; potentissime obtinuit.

LIECHTENBERGER.

XXXVI

Moyse octauus, ipsum Orchanem interfecit ne regnaret. Tandem Moyse accepit imperiū, & multas prouincias ac terras Asiæ maioris & minoris, Ar & Tartariæ maioris & minoris, & inferioris maris Pontici, & maris maioris de Sala, sic undecunq; gladio & uel sibi crudelissime subiecit.

Mahumetes nonus in Sogliana, in Gordiana, in Sarraceniæq; Aquilonari, in Alania maiori belligerissima, in campo Tenusterij, & in fertilissima Capadocia, plurimas die noctuq; prouincias, urbes & terras optimas gladio & igne obtinuit ac subegit, tributariisq; Imperio Trapefundorū heu nunc suo, & multas alias terras sibi potentissime subiugauit. O quanta passa est statua aurea, quasi aurichalcata & cuprefacta sancta religio Christiana.

Amorathes frater Mahumeti obtinuit Imperium Turcorū. Hic Ladislaum regem Poloniæ deuotissimum, Cardinalem Iulianum sancti angeli citra Philadelphiā unā cum quadraginta octo milibus uiris electis hominum robustissimorum Christianorum uirorum, gladioq; dirissime prostrauit, sic q̄ nisi triginta sex euasere. Et dominus Iohannes Reschoffz miles, & contra Cracouiē. attestatur, qui interfuit anno M. cccc. xl. Ille Turcus Imperium Trapefundorū, Tespaliā, Peloponesumq; regna ditissima, et urbes optimas fecitissime obtinuit.

Mahumetes undecimus Turcorum Imperator, gladio & igne obtinuit Constantinopolim. Miseum, Bosnam, Thassam, Chirafondam, Romaniam maiorem, totam Asiam minorem, Histriam, Thraciam, Græciamq; totam, Croaciam, Ciliam, Schlauoniam & Dalmatiam absq; ulla resistētia sacri Imperij, aut principum totius Germaniæ altæ uel bassæ. dempto fidelissimo Mathia Hungarorū rege, qui usq; in hodiernū semper à Turcis in omnibus prouincijs suis citatatus gladio & igne, qui & Christianissimus meretur dici inter omnes catholicos, quia aurum capitis descendit ad ferrum pedis statua, & iam ad lutum declinauit.

PROGNOSTICVM IOANNIS

Marnetus duodecimus, gladio & igne prohdolor obtinuit *Ser-
mam, Ratiā, Theodonā, Ruffiā albam & rubeam, Padā, eā
Vualachiā maiorem & minorem, Burgariā, Ciputiā, Vurtz
laudiam, Moldam, Corinthum, Ephesum, & Schuterim, fauorem
que & confederationem Venetorum, ac pacem & fœdus in æter-
num mutuo persoluentes. &c. sibi heu prohdolor in æuum cum eis-
dem Venetis acquires, cunctisq; etiam principibus totius Christia-
nitatis adhuc dormientibus, resistere non ualentibus.*

Doglosius habens duos filios Danorum & Lerodum, plura ma-
iora regna, dijs suis fauentibus, & infinitis peccatis nostris exigenti-
bus, & magis q; oēs priores Imperatores Turcorum à cunctis Chri-
stianis præendit sæuissimo gladio obtinere. Nam ille Doglosius
cum multis Christianorū campiductoribus, gubernatoribus, primi-
cerijs, & capitaneis exquisitissimis Rhodum, Siciliā, Calabriā,
Apuliam, terram Laboris, id est Abrotz, Campaniā, Sardiniam,
Corsicā, maioricā & minoricā, cæteraq; omnia alia loca insula-
ria totius maris mediterranei, ubiq; gyratim & circumcirca inma-
nissimo sæuissimoq; gladio & igne hinc inde omnes Christianos oc-
cupabit proculdubio & dirimet.

CAPVT VICESIMVM SEXTVM.



Vnde Reynhardus Lolhardus in reuelatiōe sua
dicit, Veniet de post Doglosij heres, qui se glori-
atur de Sarai stirpe genitum, sed est de Agari, &
Agareni appellant successores sui. Hij no adu-
cabūt domos, sed tanq; ferales homines per ua-
stas solitudines euagantes in tentorijs habitant,
de prædis & rapina uiuentes. Et inter Christia-
nos septentrionales & occidentales omnem bestiarum rabiem super-
gradientur, & mansueti Christiani ab eis conterentur. Vnde Metho-
dius, Futurum est ut adhuc semel in Alemānię partibus congregati
Agareni

LIECHTENBERGER.

Agareni exeant de desertis, & obtinebunt orbem terræ in terra Lu-
na per octo annorum spacia. & uocabitur uia illorum uia Agarni-
tia. Nā ciuitates & regna subuertent, in locis sacratis sacerdotes in-
terficient. ibidem cū mulieribus dormient, et de sacris uasis bibent,
& ad sepulchra sanctorū iumenta ligabunt pro nequitia Christia-
norum qui tunc erunt. & apud aureum pomum Agrippinense interi-
bunt & delebuntur. Cunctis heu Christianorū principum resiten-
tibus alienatis & semotis, dempto Hispanorū principe inuictissimo,
qui hunc Doglosij successorem necabit. quia eleuatio Saturni supra
Iouem adhuc non habet finem. Et succumbet Teucrorum eleuatio,
adducentur regna & principatus ad ecclesiā, quia Sagittarij filij,
id est Hispaniolij uel Hungari præualebunt, cæterū catholicis. & fu-
gabunt malitiā Saturniā, Turcinā, prædictorum infortunio
tam squalore deterfo, ac illi maligni Turci fugati à Sagittariis sub
Citiade præsentī. Sub monarcha Maximiliano, uel primogenito
Charlingis, purum ac nitidū felicitatis tēpus accidet. Tunc nanq;
omni sopita malicia læti temporis Iupiter ille beniuolus decernit gau-
diā. Et quod Saturni malicia perpetrauerat discrimine, salutarī Iouis
remedio corriget. Tranquilla nanq; felicitatis cōmoda cum maxi-
mā uitæ læticia decernit. Sicq; malorum omnium uestigio deterfo,
& Turcis undiq; extirpatis, trans maria homines uidentur uola-
reut muscæ. Ecclesia sanctæ Sophiæ resumet uires fortissimas, tunc
prosperum omne felicitatis tempus accidet. Leo siluestris adduce-
tur iicio serico ad matrem fidelium, eritq; noua reformatio durans
tempora longa. & non audietur nomen Imperatoris Turcorū am-
plius inter catholicos. Quod si non consenserint principes Germa-
niæ cum Aquila grandi, intestina bella inter se incendentes, ueniet
heres Doglosij, ramus quintusdecimus Turcorum, deuastabit Po-
loniā, Missiā, Thuringiā, Hassiā, Pruteniā. Et intrabit Picardiā,
Brabantiā, Flandriā, & apud aureum pomum Agrippinense iuxta
uaticinium Merlini interficietur. Hæc corde recondite o fideles.

DE tempore quo euenient hæc mala supra notata, uarias auto-
rum inuenio sententias. Nam & si omnes per distantiam eclip-
sis ab ascendente hoc inuestigare conentur, alij tamen per horas
K

PROGNOSTICVM IOANNIS

distantiæ, alij per signa id inquirunt, qui tamen inter se adhuc diuersitatem non modicam recipiunt. Alij autem pro qualibet hora, aut signo mensem accipiendum iubent. alij uero non minoris auctoritatis, ut Hali & Ptolemæus, pro qualibet hora distantia ab ascendente annuum unum accipiendum censent, primos igitur maiores imitando erunt hæc mala. M. cccc. xcvi. & exurgent anno. xcviij. xcix. ccccc. uidebuntur inaudita in hoc sæculo.

DE INVIDIS IVDÆIS IN HOC TEM-
pore qualiter se habebunt.

CAPVT VICESIMVM SEPTIMVM.



Iste pestifer, quem Saturnum uereor uocitare, Anno. M. cccc. lxxxviij. in trabit domūculas proprias, uidelicet Capricornum, & Aquarium. In quibus quinq; annis maliciose se ostendet, profunda mala excogitando aduersus legem Isracl, exaltando pestiferos uenenatos Iudæos in diuersis ciuitatibus, eruntq; principum rectores, medicici, artistæ, consilarij. Vnde ipsis substantia accedet grandæua, amantur à magnatibus propter eleuationē Saturni in hac cōiunctiōne. Sed ipsis tutoribus accident plura sinistra, multaq; incommoda temporibus elapsis, cum Saturnus iungetur cornibus Arietis. Vnde dominus ad Ezechielem, Sume tibi gladium radentem pilos, & dices illum per caput & barbam, & tertiam partem pilorum cōbures igne in medio eorum, tertiam partem cōcides gladio, & tertiam partem disperges in uentum. Hæc em̄ supra principes & urbes tutores Saturninorū. Tertia pars eorum fame morietur, & pestis in medio eorum. & tertia pars gladio interibit, inanem uentum disperget, & diuulgabit pœnam illorum. hæc faciam in furore meo, nec parceris oculis meis. ò plebs misera hucusq; in miseria posita, quis te seduxit, quis te infatuauit, quis excæcauit te? Nunquid sola auaritia, ut lesium denegares, alium Messiam expectares? Audite ò insensati mi-

LIECHTENBERGER. XXXVIII

seriq; profugi Saturnini, nunquid terribilia accidentia cōmiscerant summæ paci & bonitati prophetizatis super Iudæam & Hierusalem per Esa. cap. ij. dicentem, & constabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces, non eleuabit gens contra gentem gladiū, neq; exercebuntur ultra ad prælium. cum ea enim pace tempore natiuitatis domini nostri Iesu Christi Herodes pucros occidit, unctio & scriptum à perfidia uestra sublata sunt, & plura alia quæ bonitati & paci nihil derogare uidentur. Vnde audi quid prophetizauit ille eximius Ezechiel in lege uestra. Nunquid dominus dixit, transi per mediam ciuitatem, & signa Thau supra frontes uirorum gementium & dolentium de abominationibus quas faciunt isti? Ec iterum, Transi te uos sex uiri per ciuitatem sequen. eum, & percutite omnem uirum super quem nō uideritis Thau. nemini parceret oculus uester, & à sanctuario meo incipite, id est sub uiris ecclesiasticis ac prælatis fidei, ò principes electores Imperij, uos estis isti sex uiri qui trucidabūt istā uenenosam radicem de Alemania. Vnde Ezechiel, Aquila grandis magnarum alarum, id est habens in Alemania orientem & occidentem longo membrorū ductu, id est postq; Saturnus obumbrauerit cornua Arietis in domo Martis plena pluuijs. i. principibus & coadiutorio magno, & uarietate ciuitatū ueniet ad Libanum Imperij, auferet medullam cedri substantiam Iudæorū, & summitatē frondium Iudæorū transportabit ad terram suam &c. O insensati, quid Iacob Patriarcha prophetizauit de uobis? Nunquid aiebat, Auferetur sceptrum de Iuda? ostendite sceptrum, ostendite regem. Audite ò ceci quid Daniel dicat capite suo decimo, dicens. Post hoc, id est templi destructionē in Hierusalem, nascetur Christus iusticia sempiterna, & purgabitur uisio & prophetisatio, & ungetur sanctus sanctorum, de quo in Psal. Dauid dixit. Propterea unxit te deus deus tuus oleo laticia. Nunquid uerus Messias Iesus officium Impatoris impleuit, cum censum dari præcepit Cæsari? Nunquid officium regis impleuit cū uestri rabidi parētes eū coronauerūt? Nunquid officium iudicis impleuit, cum adulterā absoluit de manibus uestris? Nunquid officium legislatoris impleuit, cum præcepta dedit? Nunquid officium Papæ im-

PROGNOSTICVM IO ANNIS

pleuit, cum Petro claues dedit: & supra cathedram Moysi ubi sedebatis quod dixerint audiri præcepit: Nūquid officium apostoli impleuit, cum Iesus uerus Messias adimpleuit, cum Apostolos ordinauit in præfbyteros: Nūquid officium sacerdotis impleuit, cum uos rabidi eum obtulistis in aram crucis: Nunquid officium dei impleuit, cum multa miracula uobis ostendit: Nunquid officium religiosorum impleuit, cum summe pauper & obediens fuit: Nūquid poenitentis officium impleuit, cum quadraginta dies ieiunauit: Nunquid martyrum officium impleuit, cum eum cruci affixistis: Nunquid cofessoris officium impleuit, cum uobis prædicauit doctrinam sanam, quam intelligere nolulistis: Nunquid uirgo permansit à uirgine natus, uirgo in æuum manet: Vnde uester Messias quem singitis uenturum, tot tantaq; uobis faciet: quid uerus Messias uobis dixit: multa bona ostendi uobis propter quæ uultis me occidere, quotidie apud uos erā docens in templo. O scelus, o crudele nephas qui obedire cōtemnitis fidei. uenient dies in breui, in quibus dicetis, testimoniū hominū accepimus, testimoniū autem dei maius est. omnes qui uestris uenenis adhæserūt, æternis poenis associabunt. Et extirpabitur radix Saturnina ex Alemania, dabitiscq; fugam ut profugi ad transmarina effudit dominus misericordias suas copiose supra uos miseros post placationem. Sed aistis. hic est hæres, uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatē eius, & apprehēsum eum occidistis, propterea disperfit dominus uos obduratos in uniuersum mundū, ut iam non habetis prophetas, regem, sacerdotes, altare, neq; sacrificium, neq; unctionem, sed estis contemptibiles toti mundo, & in desolatione perpetua. Danielis cap. ix. usq; ad consumationē & finem persequerabit desolatio uestra. & iterū, Audite o miseri, quid Amos propheta dixit. ij. cap. Supra tribus sceleribus Israel conuertam uel transferā, & supra quartum non conuertam eos, qui uendiderunt iustum pro argento. Primum scelus Iudæorum fuit uenditio Ioseph à fratribus suis. secundum fuit adoratio uituli in Oreb. tertium scelus fuit occisio prophetarum, ut dicitur in libro hebraico, qui dicitur Iebomath. ca. vi. de Esaia. quartum scelus fuit uenditio Iesu, ideo dixit Malachias. cap. i. Non est mihi uoluntas in uobis, neq; sacrificium uestrum re-

LIECHTENBERGER.

XXXIX

cipiam, quoniam abortu solis usq; ad occasum eius magnū est nomen meum in gentibus, id est Christicolis. Vnde Moyses Deutero. xxviij. Erunt gentes in capite, et populus incredulus in cauda, id est in fine mundi pauci Iudæi conuertentur ad fidem, uidentes se esse illos per Antichristum. ideo Esaia. lxxix. ca. dicitur, Interficiet te populum incredulum deus Israel, uocabit seruos suos nomine, id est gentes Christianas. & hæc de perfidis Iudæis sufficiant.

REDUCTIO ALIQVARVM RERVM QVAB
à supercaelestibus suas naturas & proprietates recipiunt.

CAPVT VICESIMVM OCTAuum.



Redendū est utiq; apud omnes, in uiuentibus produci semen cui maxima uirtus cōnascitur, mirifica cōmixtione summi creatoris prouidentia, Genesis. i. Germinet terra herbam uiuentē, & facientem semen ita, ut granum unum centuplum producat. Lucæ. viij. & ex nucleo minimo, in millesies millecuplo maior arbor gignitur. In his quoq; infinito per succedentiū spirituum gignitiuorum, quemadmodū & in spermatibus animalium nemo sanę mentis dubitet uirtutes contineri. Crescunt & gemmæ uirtute astrorum agentium in terram partes eius alterando, soluendo, segregando & purificando. suis uirtutibus præparant spiritum uisibili simili immittendo, unde coagulant & inde infiguntur, sicq; figendis uirtus & natura inbibitur & cōnascitur, quæ maxima apparuit apud philosophos, & adhuc apparent constellationibus suis debite adaptatis, ut uirtus Topasij descendit ab Alpheta, Saphiri ab Alpha ioch, ut Hermes tradidit in libro de quindecim lapidibus. Sic & metallorum mineris à formis caelestibus uirtutes præstantur, operationibus naturalibus multis sibi inuicem succedentibus, ad quarum instar philosophi Alchimiani ordinauerunt, in operationibus suis

PROGNOSTICVM IOANNIS

naturam possit enus imitando. qui corpora primum calcinant, dein de solunt, elementa segregant, ut spiritum sublimatum fere a proprietatibus elementaribus absolutum recipere possint, quem figendo constituunt, prout tradit Geber. cui similis ut uiuentium seminibus maxima uirtus inest purificandi metalla, eorumque materiam alterandi, ac in aliud genus iuxta eius preparationem transmutandi. harum rerum commemorationem feci, quoniam similis processus fit ex astrorum influxibus. Intellecto itaque ordine & modo quo caelestium uirtus infunditur, amplius contemplari oportet. Quoniam sicut gemmae, herbae, semina, & aliae res uirtutes habent occultas sensui non perceptibiles, immo intellectu nostro immerito incomprehensibiles dicente Alkindo. Cum enim omnis humana conditio ex sensu oriatur, quare rerum proprietates quae plurimae quas sensus non comprehendit, de eis & earum conditionibus non fit scientia in ratione. Ista enim uirtutes seminum diuersitates membrorum, organorum, complexionum, figurarum, colorum, omniumque qualitatum occultarum & manifestarum iuxta diuersarum specierum conditiones efficiunt. Sic gemmae & herbae, similiter & uirtutes corporis animalis incomprehensibili proprietate mirandos ac prodigiosos effectus operantur. Sic ex ista prodigiosa constellatione nascetur propheta in anno. xcvi. uel circiter ut sequitur.

PROPHETA DOCTVS IN CATHEDRA
habens librum & docens populum.



CAPVT VICESIMVMNONVM

Cum multae sectae orientur, & aliarum rerum culturae in breuibus annis sub istis praenotatis temporibus, tunc uir sapiens orator cum ad annos peruenit discretionis, impetus caelestes perpendens commotiones in populo cupiens facere, Hic populum hortat, persuadet, & uarijs gestibus animos eorum corroborat, & inclinationes & impetus confirmat, utilitates populi, & damna &c. praenuncians. Unde inter se confortantur, & confederationes & pacta ineunt, quibus

PROGNOSTICVM IOANNIS

In agilibus suis se gerunt iuxta influxus qualitatem. dicit em Aristoteles. ij. de generatione, In habetibus symbolum facilius est transitus. Impetu ergo in populo existenti, persuasio ipsius in idipm efficacissima, & motus fortissimi erunt. Vnde suscitatur & ignitur animus populi, & surit in sua affectione, Carbones enim suffiantur flatu, sola scintilla praexistenti incendunt. Quare suscitare habet talis propheta amicitias & seditiones, tripudia & bella, & alia secundum quod astrorum influxus populum impellit. hic quoque uir si noticiam astrorum, uel coniecturalem futurorum cognitionem, aut imaginariam scientiam habuerit, populum suis orationibus, praesagijs, & prodigijs sic inducet & obubrabit, ut ipsum propheta enuncient, legibus quoque suis tanquam diuinis adherere studebunt, timore & amore inculcente. & si fata uolunt, maxime promouebunt, suaque strata gemmata dirigent cum glorificatione secundum habitudinem applicationum astrorum tales impetus facientium. Hac uia multae tunc orientur sectae in mundo, & alienarum rerum culturae per novos prophetas, & deficiantur homines, ut in historia Tripartita lib. vij. legitur sic. Quia uero proprium paganorum est, homines summa felicitate deificare. Et post pauca ibidem dicitur, Cilicem uero tertiumdecimum deum Adrianum appellauerunt. ita & malis agilibus, & observationibus mundi mutationes fiunt uariae iuxta rei qualitatem. Sub isto propheta nouae oriuntur leges, & abrogant ueteres. Viri docti Iuristae deprauabunt, Mercurij felicitas amittetur in pluribus regnis, mala moneta exurget ubique. unde populus undique exactio fiat, sic quod tumultus magnus exurget in populo Christiano, rebellantes contra magnates. Insidiae multae latenter orientur in peregrinis, ac itineris ac repletoribus, multique rabidi hoies, sic quod timor ac tremor in populo uidebitur, quae antea non sunt audita.

Ex istis nouis inclinationibus exurgunt sequunturque magnae alterationes aeris annis istis.

REX ALTERANS LEGES ET CONSTITUENS NOUAM LEGEM.

Oportebit



CAPVT TRICESIMVM.



Portebit condere nouas leges propter humanam necessitatem & euidentem utilitatem eius, & aliquando aliqua priuilegia & leges abrogare. cum. ff. lex dicat, In rebus nouis conquirendis euidentis esse utilitas debet, ut recedatur ab

PROGNOSTICVM IOANNIS

eo iure, quod tam diu æquum uisum est. Hac uia una iuris portio cōstituitur, quam scilicet necessitas constituit. oriuntur tunc ex necessitate quædam incinationes & mores noui, quibus assuescunt, & tacitus fit consensus, quoniam eorum obiectum propter sensualitatis impetum uidetur bonum, qualecunq; etiam fuerit. Et inde lex oritur dicente lege. ff. Ea quæ longa consuetudine approbata sunt, ac per annos plurimos obseruata uelut tacita ciuium conuentione, non minus q̄ ea quæ scripta sunt iura seruatur. Ergo omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit aut firmauit. In omnibus enim legibus consensus populi est necessarius. populus autem sensualitatem plurimū sequitur, qua impellitur à cælestibus. adiutorium ergo in cælestibus legislatorem habere oportet, ut populus suo iudicio consentiat, alioquin legislator optimus simile faceret ei qui uulpes domauit, iplisq; in pascuis custodem gallum præfecit. Et confirmatur hoc in lege digestorū. Inueterata consuetudo pro lege non custodit, nisi sit moribus utentium constituta. Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, q̄ cum iudicio populi receptæ sunt, merito & ea quæ sine ullo scripto populus tenet. nam quid interest suffragio populus uoluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per dissuetudinem abrogantur. Hoc figuratum est nobis Hierem. ij. duo mala fecit populus meus, dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquas continere non ualebant. Datur intelligi. Fons aquæ uiuæ est sacra scriptura, in qua cōtinet uiua aqua. Sed cisterna nō ualens cōtinere aquas, est ius ciuile & canonū quæ hodie aquas sapientiæ continent, cras non continebunt. quia cras abrogata erunt, & sic non sunt de lege diuina, de qua Dauid in psal. cxviii. Iusticia tua iusticia in æternum, & lex tua ueritas. Terrena etiam est scientia iuris ciuilis & decretum, & sicut terra aquæ cōmixta impedit ne clare per eam uideatur, ita terrenitas multos utriusq; iuris peritos impedit ne recte iudicent, quod non fit in lege diuina & sacra scriptura. Vnde Hierem. ij. Quid tibi uis ò iurista in uia Aegypti. Constitat igitur diligenter consideranti, eo q̄ moribus hominū leges ada-

LIECHTENBERGER.

XLII

uantur, leges esse mutabiles. non erit autem mutatio uel institutio, nisi impetu aut consensu existente in populo. nequeunt ergo fieri leges, & continuari aut abrogari, nisi iuxta astrorum applicationes tales impetus, ut præmittit, causantes. naturalium em effectuum supercælestia corpora causas esse, & edyptes illa significare nemo sanæ mentis dubitabit.

IMMEDIATE POST HOC VEL
in eo tempore nascetur alius propheta, uidelicet ut uir religiosus, miram ostendens sanctitatem.



CAPVT TRICESIMUM PRIMUM.



Lium prophetam minorem mira quadam scripturarū interpretatione fulgentē, ac quadam diuinitatis auctoritate responsa proferentem, qui mortalium animas ad terrā delapsas, suæ subijciet diuini, p̄digiosa hæc constellatio nasciturū portendit. Nam astrologi prophetas minores appellare solent, qui mutationem aliquā in lege faciunt, aut nouas ceremonias inducunt, diuinasq; scientias & au-

L ij

PROGNOSTICVM IOANNIS

Scoritates studiosis interpretationibus exponentes. quorum sententia tanquam diuina quaedam iudicia & documenta ab hominibus approbantur. Verum tales alios pseudo, ut Mahumetum, alios ueridicos esse contingit, quales diuinum Franciscum & sanctum Dominicum fuisse constat. qualis autem hic erit, in posterum liquebit. Et quamquam conclusionem hanc confitendam esse arbitror ab omnibus qui Astrologiam calleant, ut tamen clarius parumper uideatur, procius assertionem digrediar paulisper, insignes quasdam mutatae triplicis coniunctiones, longo iam temporis interuallo, & multis intercedentibus annis peractas exponam. Quarum una quidem in aquae triplicitate anno salutis. M. ccc. lxxv. in octauo Scorpionis gradu perfecta fuit. duae uero praecedentes eam, atque itidem duae sequentes ipsam in aerea triplicitate, in Geminis scilicet & Aquario factae sunt. Tertia uero post ipsam quae fuit anno gratiae. M. cccc. xxv. rursus ad aqueam triplicitatem in tredecimo Scorpionis gradu rediit, & usque in praesentem diem in hac triplicitate permanfit. Iam itaque satis patere puto, prophetae natiuitatem & genituram expectandam fore.

NATIVITAS NOVI
prophetae.



CAPVT TRICESIMVMSECVDVM.



Deo quod in patria Scorpionis subiecta nascetur propheta, prius tamen portentis quibusdam, ac ostentis nonnullis & prodigijs in aere uisis. Verum quae in mundi parte septentrione scilicet a meridie, tam uariae sunt doctissimorum hominum tanquam discrepantes auctorum sententiae, ut recte sibi inuicem contrariae uideantur esse. Albumazar aquatica signa meridionalis terrae plagam ostentare censet. Communi tamen auctorum sententia septentrionalis significant. Quicquid
L iij

PROGNOSTICVM IOANNIS

tamen sit, Messahala teste, gignetur in regione actiuis qualitatibus temperata, in qua quieta aeris moderatio, caloris & frigoris mixta temperie cunctos incolas salubri uegetatione sustentat. Emigrabit idem propheta propriam patriam, & signa faciet in regionibus Leonis atq; Aquario subiectis. Nam Albumazar teste, manifestabit miracula sua in regionibus quarto aspectu significatis, id quoq; omnium auctorum firmatum est consensu, quod et illud saluatoris nostri attestari uidetur, nullus propheta acceptus in patria propria. Verū, quia coniunctio ista in ascendente anni atq; in signo fixo perficiet, non nisi post complementū reuolutionis unius proiectionis naturas hac præclara expectanda erit, dico itaq; q̄ circa annum decimum nonum à coniunctione prima lucis huius mundi uestigia propheta ingrediatur. Tempus uero prædicationis eius durabit decem & nouem annos iuxta annos solis minores. De habitu & uestibus eius si Albumazarē sequi uelimus, ad rubedinem & splendorē erunt tendentes, ex Marte in decima & Sole eius domino iudicatione sumpta. Verum illos imitando, qui coniunctionis figuram attendendam censent ex Ioue, Luna, & capite draconis significatione accepta, erunt uestes eius ad albedinem religiosorum more decliues, nouamq; religionem instituet.

MONACHVS IN ALBA CVCVLLA,
& diabolus in scapulis eius, retro
habens leripipium longū
ad terram cum
amplis etiam brachijs, habens
discipulum secum
stantem.



CAPVT TRICESIMVM TERTIVM



Signa eius quibus cognoscetur, hæc sunt et erunt. notulas nigras in corpore habebit, & fuscis uarietatibus aut maculis in dextro hypocondrio, igrine & fœmore. dedecoratū corpus habebit, ex parte fortunæ in dextro cæli, atq; in decima ab horoscopo collocatur, uerum ascendente utriusq; effœminatione, erunt ad posteriorem corporis partem magis declinantes. aliud quoque in pectore signum præferet, ex signi parte in sexto Leonis gradu

PROGNOSTICVM IOANNIS
 reperta. Teste Formico hic propheta erit dijs & dæmonibus terribi-
 lis, signa multa & prodigia faciet. eius quoq; aduentū prauū dæmo-
 num spiritus fugient, taliq; morbo laborantes homines non ut uer-
 borum, sed sola sui ostensione liberabit. ex parte tamen regni in un-
 decima coniunctionis Anthonio de monte Vlmo auctore, nō sem-
 per opere exequetur ea quæ alijs faciēda suadēbit. Nam præclarū
 habebit ingeniū, multarumq; rerum scientiam ac maximam sapien-
 tiam. in hypocrisi tamen mendacium sæpius loquetur, & cauterifa-
 tam habebit conscientiam, atq; Scorpionis instar huius coniunctio-
 nis ac eclipsationis domicilij Martis, uirus & uenenum in cauda re-
 clusum aliquotiens effundet. Erit quoq; multi sanguinis effusionis
 causa, & quia Mars eius existit signator, apparet q; confirmare ue-
 lit Chaldeorum fidem, Messahala teste. Quanc; itaq; signa multa
 & prodigia dederit, iuxta tamen salutiferam Christi doctrinam mi-
 nime ei adhærendum erit, imò de illis esse uidebitur quos Christus
 futuros annūciauit, quæ admodū sacris literis à saluatore nostro pro-
 ditum reperitur Matth. xxiiij. Siquis uobis dixerit, ecce hic est Chri-
 stus aut illic, nolite credere. surgēt enim pseudochristi, & pseu-
 doprophete, & dabunt signa magna & prodigia ita, ut
 in errorem ducantur si fieri possit, &c. electi.

Ecce prædixi uobis. Si igitur dixe-
 rint uobis, ecce in deserto
 est, nolite exire.
 ecce in pe-
 netralibus est, no-
 lite credere. hic est dominus
 noster Iesus Christus.

VIR GRISEVS BT CANVS HABENS
 crucem in manu, cui astant Papa, Impera-
 tor, Episcopi & literati induti
 griseis cucullis.

Post hæc



CAPVT TRICESIMVM QVARTVM.



Post hæc alius propheta exurget in terra Leonis
 & in Romana curia prædicabit mirabilia. Ap-
 parebit sanctus & timoratus, sub specie sanctita-
 tis uitam Christianā examinare faciet. multos
 comburet igne. in corde suo habebit spiritū ma-
 lignum radicatum, qui eū sub quadam hypo-
 M

PROGNOSTICVM IOANNIS

crisi ad summum pontificem ducet, licetiam rogitando. Episcopos ac praelatos ac principes sanctitate ficta decipiet, & ad errorem magnum deducet, etiam sapientissimos errare faciet, multiq; famosi uiri in Italia, in Longobardia, in alta Alemania decipietur. Hic uir erit maior in populo, quam unquam aliquis a principio ecclesie honoratus fuit, & uocabitur Antichristus mixtus in populo, pontifices ipsum honorabunt, sed turpiter interficietur, & homines ad scandalum ducentur. O si scirent uiri Euangelici ecclesiarum rectores huius uiri aduentum, quomodo pugnarent aduersus eum, & quantam paterentur persecutionem, placarent dominum, quonia flagellum furoris domini in filios pestilentes erit. clamarent utiq; & cognoscerent creatorem. Clamabit uerus Papa, & fiet restauratio noua bona in ecclesia post illum. Et ideo si ecclesia debeat renouari, oportet ut destruat per hunc prophetam, quae dissoluta sunt & in peccatis prohibentur.

HIC IUBENTVR COMBURI ALEAE ET
uestes seculares difformes, rostra calceorum
iuxta Papam abscindi, & pili decurari
per hunc prophetam



CAPVT TRICESIMVMQ VINTVM.



Nde quida seruus nomine Theophilus, & presbyter in lib. prophetiaru, que scripsit Anthonius Theodorus tempe quo erat dux Ianua, in quo lib. specialiter continent oia quae futura sunt de regimie ecclesie, & qualiter debeat renouari, sicut Deus longo tempore reuelauit seruo suo Ioachim Abbati, & sancto Cyrilo Episcopo

PROGNOSTICVM IOANNIS
 supra argenteam tabulam per angelum dei ipis delatam, in qua per
 ordinem scripta erant facta ecclesiae usq; in finem.

ANGELVS DAT ABBATI ET PRESBYTE-
 ro laminam argenti ad manus.



¶ Continet insuper in eodem libro Cyril i, q; anteq; ec-
 clesia renouet, Deus permittet uacante Papatu oriri
 maxima schismata inter Imperatorem Alemanum,
 qui de sua confusus potentia intendet ordinare ac co-
 tituere Papam, & Romanos ac Italos, qui resistere
 conabunt Aquile grandi, quæ Aquila furore incensa non solū Ale-
 manos, sed de omni genere gētes pessimas quas poterit associabit ad

LIECHTENBERGER. XLVII

suū exercitū, & armata manu intrabit Romā. omnes ecclesiae p̄latos
 heu religiosos & ciues capiet, trucidabit, & multos interimet uarijs
 supplicijs. Vñ faciet abradi coronas suas, alij dabūt fugam ad siluas
 & mōtes. Tandē extirpans & eradicatis uepribus & spinis malorū
 hominū, ueniet uir sanctus, pacabit ipam Aquilam cum ecclesia

HIC IMPERATOR INGREDITVR ROMAM
 cum s̄auitia, & eius timore fugiunt Romani, clerici &
 laici ad petras & siluas, & multi detruncabunt.



M ij

PROGNOSTICVM IOANNIS
 HIC VIR SANCTVS IN CATHEDRA
 prædicat populo.



CAPVT TRICESIMVMSEXTVM.



Epōst exurget quidā uir solitarius, magna san-
 ctitate p̄spiciuus, sicut Ioachim in lib. cocordie
 dicit, Vir magna sanctitate in Romana sede
 sublimatus ut apostolicus, per illum faciet De-
 us tanta miracula, q̄ omnis homo reueretur
 illū, nec quisq̄ audebit contraire suis conflict.

LIECHTENBERGER. XLVIII

tionibus. Damnabit plura beneficia ac redditus, & statuet clericos
 ut uiuant de decimis & oblationibus. Interdicet pompas uestium,
 omnia inhonesta, choreas, cantilenas, & ut mulieres honestissime in-
 cedant sine auro & gemmis, & mandabit prædicare Euangelia. Ita
 in Papatu pauco tempore. Hic uir sanctissimus, quattuor annis
 quibus transactis, feliciter migrabit ad dominum.

ARATOR IN CAMPO ET LABORA-
 tor in uinea.



CAPVT TRICESIMVMSEPTIMVM.

PROGNOSTICVM IOANNIS



Ubi sequēter cōfestim Deus suscitabit alios tres uiros sanctissimos, unum post aliū in ytuibus & miraculis consimiles, qui facta & dicta antecessoris confirmant, Sub quorum regimine status ecclesiæ recrescet, & hii appellabunt pastores angelici.

SEQVITVR TERTIA

PARS HVIVS OPVSCVLI.

Tu laice labora, ut sustentas eosdem, Arator in campo, & laborator in uinea.



Estat nunc tertio, ut de uulgi statu aliqua discantur, heu multæ nancq̄ inter priuatos homines rixæ & cōtentiones erunt. Interfectiones, accusationes, uincula, carceres, damnationes, odia, ac seditionum turbulenta certamina, ueterumq̄ causarum sopitas excitabunt simultates. uaria quoq̄ funestæ calamitatis discrimina patientur, quæ tamen in diuersis uarietatem recipient iuxta climatam differencias.

CAPVT PRIMVM.

Vngari. Bohemi. Baiorici.



Isti principatus erūt inquieti & turbulēti, inimicissimi pacis & quietis, clamorosis & funerosis contentionibus plebis animos inflammantes. Intestina ac domestica bella, furiosa mētis cupiditate semper desiderabunt. Plures tamen illorum mala morte pereuntes, uitæ munus implebunt, ac fulminis ictu repentino mortis opprimēnt occasu. aut equi calcitratis ipeni, aut equo deiectione misera corporis iactura morient. Aut scopulis periclitati, aut mari fluminibus ue submersi peribūt, aut alterius nouellæ & inauditæ repetinæ mortis

LIECHTENBERGER.

XLIX

is patientur exitium, nonnullis orbitatem hæc monstruosa eclipis atq̄ coniunctio indicat.

Alsati. Sueui. Gallici. Vuestraui. Gauden.

CAPVT SECVNDVM.



Dures habebunt aduersarios, quos tamen om̄s uidebūt uario discrimine oppressos, & circa uenereos cultus incontinentes erunt. rixabuntur mulieres cum uiris suis & econuerso. Difficiles habebunt nuptias, inhonestas, indecentes. aut enim dabit degenerem uiduā, aut adulterā cognitā aut sterilem, aut graui fœditate deformē, aut publicæ meretrices uidebūt in illis partibus, aut apostatam sacerdotem uel religiosum accipiet mulieres ibidem, aut uiraginē thoricopulatione associabit, & inter coniugatos malignæ turbationes uidebuntur.

CAPVT TERTIVM.

Vrbes sub Romano Imperio.



Remuli erunt corde, trepidantibusq̄ uestigijs imminentiū culminum metuēt ruinas, Martis tamen ferocitate perferent maxime qui duodecimū gradum signatorē habuerint. uiui pluri mi ex eis exurentur, uel aquis mergent, aut patibulis suspendent. A seruis & ancillulis eorū mala percipiet inaudita, substantiā amittentes.

CAPVT QVARTVM.

N

PROGNOSTICVM IOANNIS

Fraconia. Nigrasilua cum Rhenigaudio circa Magunt.



Llis partibus cuenient gloriæ insignia, ac tripudia, ipsis adueniet substantia magna. eruntq; proni ad bella, appodiabunt, fortiores ac animosiores erunt cæteris ad tempus. deponst amittent plura & ipsorū dominia, aut ex dignitate, officijs, & administrationibus cum honoris iactura deponent, & multi in his terris casum ab alto sentient & præcipitium.

CAPVT QVINTVM.

Urbs Treuerica, & Mosella cum Vuestervualt, Hundsruck.



Mltarum scientiarū secreta, inuestigatione assidua perquirētes, subtiliq; artificio pollentes in istis locis. Sed multi dignitatis iacturam patientur, & eorum dominia siue prælationes si habuerint, amittent. Et si malignos aliquos homines omnia negotia prospero cuentu complere faciet. tandē tamen in præcipitiū & malæ mortis exitium dabit, nisi claris aliquibus stellis regali maiestatis radicatione præfulgidis protecti fuerint.

CAPVT SEXTVM.

Francia. Picardia cum adiacentibus.



Cum miseris calamitatibus mortis patientē incommoda, sient imbecilles & debiles epilectici, quoq; caduca mentis uitio laborantes, absconsi laboris tormenta patientur. multi paralitici, multi leprosi, exulcerata macularum labe possessi. Acerbos oculorum labores & dolores indicit, cum morte

LIECHTENBERGER.

L

turpissima multi peribunt.

CAPVT SEPTIMVM.

Hassia. Saxonia. Thuringia usq; ad mare Septentrionale.



Mltos miseros ac pauperes faciet præsens constellation, assidua damnorum incurisione misero paupertatis onere, ac egestate grauatos. laboriosos semper conuersionibus attritos, ut sic tempora longa pannis male pendentibus, quasi nudi incedant. Et ipsa lucra in his partibus cum maximis laboribus & periculis deferent. ex aquis aut ex naufragijs misera periculorū discrimina patientur, & miseras mortes. Turbulētis etiam seditionibus populum exagitabunt, ac latrocinantem manum sanguinis profusione cruentabunt, & impatientes multum erunt.

CAPVT OCTAVVM.

N ij

PROGNOSTICVM IOANNIS
TRES MVLIERES PRAEGNANTES.



CAPVT OCTAVVM.



Auditores praecolendi, ne tedium ingeram au-
ribus uestris protractione sermonis, quam co-
gruum duxi uertere etiam stilum meum ad il-
las a quibus totum solatiu uirorum, totum gau-
dium conuiuantiu, totum ue ornamentum do-
moru, quas quasi stellas praecclarissimas in ma-

LIECHTENBERGER.

LI

toribus gaudijs fulgentibus aspectulis dominus adornauit, pro illis
intercedere tenemur, ut omnipotens uelit auertere indignationem su-
am ab ipsis. Haec in qua saeva constellatio praegnantibus ac parturien-
tibus miserabiles casus abortus indicit, & infantium & embrionum
decernit maxima discrimina. difficiles partus ac laboriosos praefa-
git, cum magno clamore ac summo dolore puerperae partus edi faci-
et, uariosq; lugubres infortunioru casus ac funestae calamitatis inco-
moda puerperis ac natis ille malignus Saturnus indicit. Alijs mater
in ipso partu constituta nondum enixa morietur. Alij nondum corpo-
ris formatione completa, in maternis uisceribus praemorieter. Alijs
terro lugubrem infortunij ac flebilem demonstrat casum, ut impedi-
to partu intra matris uiscera laniatis membris dissipentur, ut sic ar-
tuatis uisceribus, miseris lacerationibus membra omnia crudelis ar-
tificij chirurgici praesidio proferantur. Alium in primis uitae cuna-
bulis constitutu inter initia uagietis infantiae, fugietis anime deseret
uita. Alter puer adhuc iam pubescentis aetatis, mortis repentino casu
subtrahet, multaq; & alia huiusmodi periculoru discrimina, & cala-
mitates puerperis & nouiter natis, Saturni uitio expectanda erunt.

CAPVT NONVM.



Et notandu qd haec saeva constellatio quintam do-
mum ab horoscopo, quae uoluptatu est, cotami-
nat. consueta desideria, & natura inditas & in-
natas uoluptates peruertet, turpiumq; libidinu
maligno fomite, ac nepharia mentis cupiditate
omni cum intemperatia attetos, cu'tores & stu-
diosos efficiet petulantes, lasciuos, prauisq; semper desiderijs ac uitio-
sis uoluptatib; iplicatos. uino & epulis crapulosa saturitate deditos
et circa uenereos actus il'erebri amoris incendio impuros, sordidos,
foetidos & impudicos. O quot pposteræ libidinis instinctu pueroru
amoribus & amplexibus absorptos faciet Italos? quot itidem Galli-
cos, quot impudici amoris uitia sustinetes cum effoeminati corporis
mollicie impuros faciet cynedos? quot absconsa & loca sordida se-

PROGNOSTICVM IOANNIS

Etantes impudicos faciet ganeas: quot turpium libidinū questu miserofaciet lenones: quot illiciti amoris cupiditate accensos sollicitos faciet adulteros: quot incestu furoris ardore possessos sacrilegos faciet incestuosos: nunc fornicatiōes, tunc stupra, tunc adulteria, tūc incestus, tunc nepharias animi cupiditates. quos amor impurus exagitat incestu libidinīs, desiderio graui fœditate explebunt. uitijs plurimum incumbentes, & in brutorum morem uitam ducentes.

HIC STAT MONIALIS
apostata.



CAPVT DECIMVM.



Mlieres quoq; ex Venere in quinta collocata molles, delicatas & uoluptuosas efficiet, instar Sardanapali Epicuream uitam ducentes, difficultinumq; erit ad continentia & frugalitatem cas traduci, sed prostrato corpore, uenudato pudore ad omnem libidinem exequenda paratas, promptas, immo sollicitas reddet. Ex quo etiam laudem & gloriam, pratexarumq; insignia & honorem populari iudicio consequent. Ad idem quoq; impuritatis uitium, ex Marte in tertia, sacras quidem uirgines & religiosas cōpellet, quæ corpus suum lenocinio pulchritudinis excolentes odoribus, ungentis, aromatibus luxuriosa cupiditate erunt intentæ. Sicq; pudicitia, castitate posthabita omnis impuritatis uitia sustinebunt.

QVOMODO CABLESTIS INFLVXVS HABET alterare & immutare corpora & spiritus uirtutum, & inducere ægritudines & mortalitates.

CAPVT VNDECIMVM.



Mnium enim operationū naturalium, uitalium, & animalium principia sunt uirtutes à corpibus dependentes, dicens. Auicēn. Omnis enim uirtus operationis existit principium, neq; aliqua operatio puenit nisi ex uirtute. postea subiungit, Vitalis uirtus est quæ spm esse conseruat, qui sensus est. motus uehiculum existit, et ipsum reddit aptum ad ipsarum impressiōes recipiendum, cum ad cerebrum puenit, & facit ipsum potentem dandi uitam ubicunq; expandit. Et huius quide uirtutis & operationis eius sedes prorsus est cor. Corde ergo existente principio ad alterata, in ipso alterabunt singula dependentia ab alteratis. & cum omnium uirtutum instrumentum sit spiritus in

PROGNOSTICVM IOANNIS

corde genitus, cuius potentia in singulis membris & organis iuxta sui proprietatem fiunt operationes, necesse erit, ipso spiritu alterato alterari & diuersificari operationes ab ipsis spiritibus prouenientes. Cuius simile dicit Auicenna Canone. iij. cap. de melancholia. Nam spiritus animalis continuus est spiritui uitali, & ex substantia ipsius. quare complexione eius corrupta, corrumpit & complexionem cerebri, & comunicatei melancholia. Sic ergo spiritibus corporis mutatis, secundum quod fuerit alteratio, oritur discrasia, & inde aegritudo mortalis uel salubris currens cursu sui astri determinatis eius acuitatem & motum. Vnde in quibusdam pestilentibus cretica determinatio pestilentiae in quarta determinabat. Alterantur uero spiritus illi ex aere inspirato necessario pro cordis & suorum spirituum euentationem dicente Auicenna. Aer est elementum nostrorum corporum & spirituum. & propter hoc quod elementum, est etiam euentatio nostris adueniens spiritibus, & est causa meliorationis eorum, non tantum ut elementum, sed ut faciens. Quare cum aer sit commixtus subtilissimis substantiis uirtute caelesti minutis, tanquam uel seminali astrorum spiritibus uitalibus commiscetur, & eos alterant, eisque incorporant, & dilatatur eorum uirtus, & operantur operationes suorum astrorum in praedictis dispositis ad hoc, sicut operantur semina suis uirtutibus. de hac uia alterationis loquitur Auicenna canone quarto de febre pestilentiali in hunc modum. Et quando uirtutes agentes, caelestes & terrestres patientes faciunt humiditatem aeri, expelluntur sumi & uapores ad ipsum, & dispergunt & putrescunt cum caliditate debili, & aer in hunc modum infectus, ueniens ad cor, corrumpit complexionem spiritus qui est in ipso. Et principium horum omnium ex formis caeli est, quae faciunt necessarium esse illud. Constat itaque ex dictis, quod temporibus aduenientibus, in quibus magna uirtutis applicationes astrorum fiunt, cuius signum in caelo & aere apparet, magna sequuntur alterationes aeris & aliorum elementorum.

QVOMODO EFFECTVS SVPER CAELE-
lestium, & applicationes astrorum durant
multis annis de post.

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM.



Longissimo quoque tempore post astrarum configurationes, & eclipsationum apparitiones, ipsis omnino cessantibus, effectus continuari ac fortificari consueuerunt. Quonia ut premitit in animalibus, omnium operationum fundamentum est ex corde. & suis spiritibus, tanquam ex principio, ad quorum impetuofam alterationem, ut dictum est, omnes spiritus uirtutum alterant. Alterati sunt ergo spiritus geniti ad similitudinem proprietatum uirtutum caelestium, unde generat indiuiduum radicatum in se habens proprietates influxus caelestis, tanquam naturam sibi inditam. Et talis consequenter fit processus in successoribus, secundum fortitudinem & habitudinem configurationis astrorum. Cognitio etiam animalis fortis alterationes alterare habet foetum nullo alio nobis cognito interuenienti. Quod considerabat Iacob non recepturus pro sua mercede de gregibus ouium soceri Laban, nisi uarias & sparsas uellere. Gen. xxx. Ponebat ergo uirgas populeas, & ex parte decorticauit in canalibus ante oculos arietum & ouium, ut in earum contemplatione conciperent, factumque est ut parerent maculosa acuarum, & diuerso colore dispersa. Idem etiam attestat Auicenna canone primo. Fecit secunda dicens, Et est etiam cum corpus patitur propter affectiones animales, plerumque imprimunt naturales dispositiones, quare accidit ut puer ei similetur, cuius formam imaginata fuit mater cum fuit conceptus, & ut sit eius color propinquus colori eius, quem uidit cum fuit casus spermatis. Quare impetibus existentibus in uulgo & imaginationibus, & estimationibus diuersis, spiritibus etiam gignitiuis alteratis, generatur indiuidua participantia in similibus tanquam in naturis propriis. Hac uia crescunt consuetudines & mores, oriuntur leges, continuant sectae. Simili quoque modo consuetudines & proprietates regionales ortae durant. Illis enim continuant & perficiunt effectus & significationes omnium applicationum astrorum, donec ad finem periodi in astris praefigurate, iuxta proprietatem suam perueniant. Aut donec altera applicatio in mu-

PROGNOSTICVM IOANNIS

tatiua aut destructiua rerum dictarū superueniat, anteq̄ periodus per constellationē præfigurata compleatur. vnde effectus tales longissimo tempore cōtinuari possunt, ut apparet in multis sectis. Talia ergo euenire non est superstitiosum credere. Nam maior coniunctio fuit in Scorpione sub imagine Eridani, & nouam sectam inuenit hæresiarachæ Bohemorū, Vuicleff, Hierony. Husso. & Rockenzana. Sed præsens sub imagine terribili incensi, per quam Romanam ecclesiam intelligimus, heu passuram cum clero innumerabili Depost adueniet una de Aquario, per quam Romanū Imperium cessabit sub imagine Alphas. Et depost in Capricorno aliam uidebimus sub imagine Aquilæ, per quā Imperium scindet in decē partes. Alia ueniet coniunctio in Libra, sub qua nascetur ex tribu Dan puer, qui faciet multa mala. Omī ergo rei factæ periodus statuta est, quibus plurimi legislatores statuto, & regnorum perpetuitatē intendant. sed cælum illud non patitur.

DE AERIS QUALITATIBVS,
& annonis istis annis in generali
aliqua differam.



Lbumazar nanq̄ tractatu. vi. differētia. viij. ex eleuatione Saturni supra Iouem, frugum infert destructionem præ aeris nimia siccitate, & pauca eius humiditate. Sed ut ipse Anthonius ea. x. & Hali restatur, cum Mars fuerit coniunctionis dispositor, multas pluuias cum damno denūtiat. Ex quibus sibi inuicē aduersantibus æqua ponderatione, ac debita cōmixtionis ratione habita, aeris temperamentum in passiuis qualitatibus inferri forte licebit. Ego autem dico talem signatorū temperantiā fieri non posse, utriq̄ nanq̄ damnū inferretur ex signatorum malicia. Dico ergo q̄ aeris qualitati damnosæ erunt tam siccitate superflua, q̄ humiditate exuberāte. Erunt nanq̄ pluuiæ multæ in temporibus non oportunis, & cessabunt atq̄ deficient cum utiles forent. Martis nanq̄ humiditas ad germinadū mi-

LIECHTENBERGER.

LIIII

nime est cōueniens, imò impetuosa suffocatiua. Imbres nanq̄ producit, nimbos, pcellas, turbines, tēpestates nociuas floribus & arboribus, herbis et frugib⁹. Sed Iouis & Veneris maxie amicabile humilitate uegetabilia alunt, augetur, pubescunt, & maturitatē assequunt. His itaq̄ ac alijs plurimis testimonijs facile inferri poterit frumentaria rei penuria. Martis etiā uitio ab annigeris annona intercipit. Saturni quoq̄ radio ascendente anno inficiēti, alijs male disponēt, alijs fraudulenta cupiditate subtrahetur. decreuit etiam uentos pestiferos inducētes morbos, terras uiciantes & steriles reddentes, naues impediētes, & durabunt tempora longa hæc mala.

CAPVT VLTIMVM DE SPECIFICATIONE
aliquorum climatum uitio Saturni
infectorum.



Vod quidam inscij dicunt, q̄ constellatio solis agit uniuersaliter, & nō particulariter. quibus dicto philosophi est respondendū, q̄ uniuersalia non existūt nisi in particularibus. & destructis particularibus uniuersalia nō existerent. Iudex astrorum potest particularisare sua iudicia secundum modum & sententiam Hali, Ptolemæi dicentium, Signum ascendētis alicuius ordinationis siue intronisationis principis uel climatis, indicat fortitudinē uel debilitatem principis uel subditorū eius, uel terræ.

Anno domini. M. cccc. lxxxvij. M. cccc. lxxxix. M. cccc. xc. erit fertilitas bona & magna in principio anni. In locis siluestribus ac montuosis pruina & gelu inficient arborum fructus in Alemania, & cis fluum Rheni & Germania. In terra occidentali circa Angliam, & Arthois, Hynnegauv, Flandriam, & circūquaq̄ caritas magna, effusiones sanguinum, incendia plurima, multa mala, ac noua inaudita exurgent ibidem, quæ auribus hominum

PROGNOSTICVM IOANNIS

sunt absurda. fames, lites, ubi feroçitas Martis per suam interfectio-
rialē nequitia in quinçq; annis penē non recedet. In oriētis parte bo-
na mercimonia in pluribus locis, sed morient pecora, exurgent falsi
monetarii, unde falsificat moneta, & populus Rhenensis decipien-
do exactioabitur & depauperabit. Venient pluuia multæ, uenti
ualidi, & interitus hominū casualiter in tota Alemania uidebit, &
spiritualitas uexabitur ubiq;. honor & deuotio recedet à laicis, & ua-
riæ passiones accedent hominibus quæ medici curare nequeūt. una
lite sedata, euestigio alia exurget. Pecora morientur circūquaq;, &
muta mala, & tempora frigida sentient homines. ciuitates & castra
sentient traditiones plurimas, magnates multa incipient, sed parū
perficient. in Bauaria & Sueuia planctus inexplicabilis audietur, ef-
fundetur sanguis innoxius. Onauicula cum remis attende.

Depost anno. M. cccc. xci. M. cccc. xcij. M. cccc. xciiij. comestibi-
lia erūt in cōpetenti & bono precio in Alemania superiori. & in Fra-
cia, Anglia, Gallia timore mortis ambulabunt gentes annis istis de
locis ad loca. & magnates patient altercatiōes magnas in terra me-
ridionali. In occidente aquæ multa damna inferent hominibus. Iu-
dæi multū fortunabunt & exalcent. Turci armabunt se aduersus le-
gem Israel, lites & bella excitabunt, Ciues in urbibus cōtremiscent
tremore magno. mors magnatū superueniet, & tristabunt magna-
tes. Noua mala à laicis Leoni subiectis exurgēt, quia Iuppiter oppo-
nit se Saturno in domo regia, & ille pestifer intrabit domum Martis
principis animalitū, & Leonistæ patient. Et ista mala iterum reueni-
ent Anno. M. ccccc. xxi. M. ccccc. xxij. quia sol bis eclipsabit, & lu-
na ter istis annis.

Anno domini. M. cccc. xciiij. M. cccc. xcvi. ueniet fames, quæ
bene incipiet annus in initio in parte Septentrionali. In aquis omnia
cara erunt. Vestimenta boni precij, aer turbulentus, multa pluuia.
In occidente plurima mala cum sanguinis effusione. Videbunt mul-
ta mala inter spirituales. Exurgent insidiæ, controuersia, pecora in
bono foro. Tonitrua & coruscationes uidebunt in septentrione, Da-

LIECHTENBERGER.

LV

tia, Vuestphalia, Frisia, cum Saxonibus Septentrionalibus patient
controuersias, & mulieres clamabunt in cælum, uidentes angustias
plurimas, maritorum interitum. pisces morientur in aquis. Sed terra
meridiana stabit competenter cum terra orientali.

Depost anno. M. cccc. xcvi. M. cccc. xcviij. Ille pestifer Saturnus
Polonorū, Bohemorū, Hungarorum regna cum adiacentibus do-
minijs, pluribus infortunijs ac malis afficiet. lana erit cara, oues mo-
rientur & pecora. metallum carum cum ferro. surgent armati ad pu-
gnandum, omnis malicia armatorum excogitabitur, omnes ferrarij
fabrilia scientes, ac Marcialia exercentes florebut. multi lupi faci-
entes damna, tam animalibus q; hoibus, aduenient latrones, fures
homicidæ uidebuntur inferre plura damna, effusio sanguinis in ori-
ente, & quasi nulla fides in oriente percipietur. Sed in occidentali
parte fertilitas magna, & equi cari erūt propter lites in eadem terra,
& spirituales quasi castigati ambulabūt hinc inde. status laicorū ex-
urabit.

Anno. M. cccc. xcviij. M. cccc. xcix. M. ccccc. ueniet sceptrū ma-
licie ad Thuringos, Hassones, Saxones, Francones, & ad circa ia-
centes, caritatem sentiēt partes istæ cum pluuia magna, durans æsta-
tis tempore tempora longa. Inter cognatos exurgent bella magna
& inaudita, tam in clero quàm in populo altercatio magna. Anima-
lia cara, oues & boues morientur. Siligo & uina patientur de aeris
frigiditate. mulieres ornabunt se ad peccandum in multis locis, in
partu male habebunt, agricolæ uexabunt à Marcialibus ac suis su-
perioribus.

Anno. M. ccccc. i. M. ccccc. ij. urbes partium Alemanix porta-
bunt in multis locis crucem lamentationis, heu pestis magna reue-
niet, inobediētia magna Romanæ ecclesiæ uidebitur in uulgo. Mer-
catores, artifices male habebunt. Iuristæ, legum doctores tristabun-
tur, exurget noua lex, nouus ordo, uetera abrogant. In Gallia ac lo-
cis marinis bella multa, cōfidentia, societas bona, pietas in cōmuni
populo extinguet. Diluuia uenient nociua, comestibilia cara in ur-
bibus multis erunt, & multi ciues depauperabunt, gubernatores &
O ij

PROGNOSTICVM IOANNIS

magnates detruncabunt capitibus propter dissuetudines. pennata animalia amabunt. Et heu multa mala excogitabunt ciues in urbibus multaq; & alia noua mala orientur cis fluuium Rheni in Alemania alta, & unus dominabitur multis.

Depost annis duobus in mare & in fluminibus mercimonia magna erunt, animalia amabunt. copia fructuum. Sed aqua damnificabunt plures, pluuia multa, & porci cari erunt, auena multa. Vina maturare non possunt propter solis carentiam. & in occidente multa mala cum caritate exurgent. Nautarum fortuna uersus orientem & meridiem bona. aetas non bona. Fenum multum & multi leprosi erunt, & infirmi plures uidebunt circa pectoralia pati.

Depost annis tribus ueniet aestus & calor, q; multae aquae ardent in riuulis, & pecora morientur in locis montuosis propter defectum aquarum. In multis locis incendet terra, & uret propter caloris habundantiam. ueniet mors ad pisces & cancos in multis locis, & ueneficentur. Et serpentium genera morientur. uenient latrones ad praedandum ubiq; peregrinos ac fideles gradietes trans campos, & multi suspendent fures in patibulis, multiq; detruncabunt capitibus. Diuites descendunt, pauperes ascendunt in diuitijs, & uidebunt multa noua in aere in Austria, & Italia, & circūquaq; in orientis parte. Eui debunt muscae uolantes in aere damna inferentes in multis locis. Bella multa inter magnates exurgent. aer inficietur ueneno insanabili. Incendia multa uidebunt circūquaq; ac multi terrores. Leonis a patient damna. In gemmis & metallis falsitas magna exurget.

Depost annis tribus ueniet sceptrum discordiae iterum ad partem Rheni in Alemaniam. uirgines neglecto uirginitatis flore incipient uaria perficere manifeste, heu non manifestanda hominibus ardore luxuriae non erubescerent. heu beguttæ, moniales apostarabunt, in tantum & zodomitici laborabunt, q; nota erunt in multis locis, & profugerunt in terris. Heu artista, artifices, scriptores uaria excogitant uexabunt, & depauperabunt multi subdiles uiri. heu colica illi.

LIECHTENBERGER.

LVI

ta passionis in uentriculis mulierum exurgent, ac febris ca'or dominabitur in multis locis partium Rheni, & circa Maguntiam euestigio exurget tribulatio magna, tam in clero quam in populo, qualis non fuit per tempora longa. Illa arguuntur ex pestifero Saturno intrante domum Mercurij, & ipso exeunte punget stimulo tribulationis.

Depost annis duobus ueniet tribulatio ista ad Suntgaudium, Alsatiam ad meridionalem plagam. in Galliam, Longobardiam, Delphinatum, Hispaniam, & circūquaq; comestibilia erunt cara, timor magnus exurget. bella, lites, incendia, inter coniugatos odia, irae orientur. mulieres triumphabunt uiros uisis oculis, incontinentia, ardor inficiet plures Italos ac Longobardos, quod ueretur calamus meus notare. Morientur multi ex fluxu sanguinis in istis locis. Scandala mutabuntur in honores, prauis homines amabuntur a magnatibus, homines iusti & pii uexabuntur. Claustralium religiositas in multis locis extinguetur, & erunt homines sine iugo uiuentes, & omni uitio se exercentes.

Depost uolabit influxus caelestis ad maritima loco ad Septentrionem, Angliam, Norwegiam, Dariam, & ad pullos gallinae, ubi tanta effusio sanguinis adueniet inter nobiles & armatos, qualis non fuit antea. Vbi interfectio uisus nequitia Martis excitabit Teutonios & auros, quos Scorpionistas uocamus, q; multi ex ipsis corruent in excidium istis temporibus. omnis maliciose amabitur tyrannica exercens officia, & omnis dolosus promouebitur. & quasi auersa fide homines ibidem uiuere incipient. Heu mulieres patientur plura sinistra. aer nebulosus infectus, caritas magna, multae effusiones sanguinum. In Bauaria exurget, uel a Bauaris nouus Mars, inferens damna tam hominibus, quam ecclesijs. Illa arguuntur. Scorpio participat in Bauaria alta, multi canes rabidi ac lupi, & sues uidebunt carere in meridie fortunas uarias experient homines in aquis, & inter nauales bella multa. Et si uiri prudentes non assentient illis abusionibus ueniet tribulatio magna tam in caritate, q; in effusione sanguinis, & durabunt haec mala in istis locis tempora longa.

PROGNOSTICVM IOANNIS

Depost in Hungaria, Bohemia, Morauia ac Polonia, Missia, & circumiacentes ueniet tribulatio magna, tunc in occidente bona fortuna uidebuntur. Sed orientales patientur incōmoda multa. Scēptrum totius infortunij ascendet ad eos, & credo ecclesiam Pragensē cum Imperio Constantinopolitano illis temporibus adduci ad matrem fidelium, ratione illius tribulationis, quia multi mouentur cōtra eos, tam leones quā auiculæ, ac bestie ex meridie, ex Septentrione, & à terra uirginali. eritq; una noua restauratio inter Iouistas & ecclesiarum rectores.

Depost annis quasi quinque reueniet fames, frigida tempora, hyems longa ad Lothringiam, Calabriam, Lutzburg, Eyssiam, Mossellam & occidentalem plagam cum peste repentina, & pecora morientur. ueniet tanta frigiditas, q; aues morientur sub tectulis uel in siluis, & bestie in siluis fame morientur. Aquæ multæ tēpore æstatis exurget inter rusticos & ignobiles una cōfœderatio contra nobiles & potentes. noualia denūciantes populo quæ antea non sunt audita, & multi potētes cadent de sublimi. Et inter electores Imperij exurget altercatio inaudita. Heu ecclesie patientur, clerus turbabitur in multis locis partiū Rheni ac occidēte, Principes attentabūt plura castra suis potestatibus subiicere occulte. Heu traditio magna, nulla fides magnatibus. Exurget unus nouus reformās plura in ecclesia Coloniaensi, Treuirensi, Maguntinensi post longam discordiā, sed morē rebunt personæ ecclesiasticæ, quia amittent multa beneficia, & contentabuntur in modicis non ut tempore Syluestri olim, qui ecclesiam ditauit honoribus & diuitijs. sed ut supra patuit, de ecclesia petens cum humilitate ueniam, nullam admisuisse falsitatem.

Depost stabit Rhenus & ecclesiastica persona in bona pace, & sceptrū discordiæ auferetur ab eis, eritq; noua reformatio, noua lex, nouum regnum honesta conuersatio tam in clero, quā in populo, & soli maritimi tristabunt annis quinque, & Teucer occupabit circūiacē. ultimis annis regiminis sui in occidētis parte, nō longe ab atrea Agrippina interficietur, & Imperium Trapfundarū per Cru-

feros

LIECHTENBERGER.

LVII

feros reductetur ad patrimonium crucifixi. Teutoniciq; Iouiste, ac milites crucis reportabunt Prussiam cum adiacentibus regionibus ad propria. & Poloni, Ruteni patientur casum in substantia, ac rerum amissione in terris suis. Ipseq; Saturnus cum Marte uexabit ultione diuina recalcitrates ecclesie ac militibus suis, cum arripuerit caudā pisciū, & cornua Arietis reuolutione prima iam facta, & morēbūt Teucristæ cum dispersis à grege Christiana, & tunc recrescet ecclesia in statum charitatis æternæ. Anglici, Britannici cum maritimis occidentalibus patientur in regnis eorum multa discrimina, ac uexationes plurimas.

Depost Romani, Neapolitani, & maritimi meridionales usq; ad Galiciā gerēt bella multa inter se. Ibi erit fames cum lite, & unus nouus rex turbabit plures terras, dominabitur à mari meridionali usq; ad occidētale mare, cui obedient multæ bestie ac aues. Tyrannica obediētia urbs Romana cum præfule dignissimo sedebunt in luctu & gemitu condolentes uicinitati, effundetur sanguis innoxius in istis terris. Alemanni gaudebunt, quia nouam institutionem inueniunt, & duo cornua regnabunt in Alemania. populus sine capite eliget sibi principem, quia disciplinabitur intantum gladio & incendio, q; admiratione dignum exister. Et populus duræ ceruicis Romano regno subiicietur, & tunc stabit Imperium siue regnum in pace usq; ad annum. M.cccc.lxxvi. sed interim uarias passionēs sustinebit, rationes omitto propter odientes.

OVos lectores auditoresq; qui hoc mecum opusculum uel legis, uel auditis, æquo suscipite animo, benigna fouete aure. Quæ emendatione digna sunt humaniter corrigite, ac dentem sinistrae mordicationis oro reprimite. nihil enim rebus inhumanis perfectū est, ut & opusculū hoc pluribus in locis ostendit. Neq; ego mihi perfectus in tantum uideor, ut quicq; etiam trium literarum opellum ex me facere ausim. Sed consilus in prudentiā atq; humanitatem omnium bonorū, doctorumq; uirorum præsentem prouintiā aggressus,

P

PROGNOSTICVM IOANNIS

ut uel reipublicæ consuletur, uel quibuscūq; principibus, ac alijs bonis uiris priuatis ea mala, ad quæ saltē stellæ inclinant, innotescant in finem, ut eis cōsilio ac forti animo, ac deniq; p̄ci bus ad summū deum porrectis, obuietur. Quod si utiq; omnipotens deus ita euenire fortassis propter peccata nostra uoluerit, patiente clypeo muniti, & quod non præter opinionem, sed cum tali, quali cognitione eueniunt, minus lædant, minusq; nocuenti inferant. Si quoq; aliqua sustinenda dominus noster nobis ordinauit, ea in pœnam & satisfactiōem peccatorū nostrorum cum humilitate & paciētia feramus, ut retributionem à domino, ac præmium uitæ æternæ pro mercede recipiamus, quam quidē uitam sempiternam nobis uel post prospera, uel aduersa largiri dignetur dominus noster Iesus Christus in sæcula sæculorum benedictus Amen.

Laus summo regi dicatur uelbus oris,
Quod iam non cessat merces cōdigna laboris.

Datum in uico umbroso subtus quercū Carpentuli, Anno domini. M. cccc. lxxxviiij. Kalendis Aprilis per peregrinum Ruth in nemoribus latitantem. Cuius oculi caligauerunt, stylus tremet senio oppressus. Valeant qui recto animo emendant, Valeantq; ut ualere phasēt, qui oblatrare non cessant.

RAMVS Q VERCI CVM FOLIIS,
& super folijs poma querci.



Si de pomo exit aliquo anno uermis, notat fertilitatem & pinguedinem anni. Si exeat musca de pomo, significat bella. Si uero aranea exeat de pomo, mortalitatem præfigurat.
Hæc est regula Siluani.

ARCANA QVAEDAM
 ARCANA QVAEDAM IN VETVSTISSIMIS
 reperta scripturis, de maximorum regnorum
 mutatione, & magnis cladibus

Anno domini. M. cccc. Decima quinta mensis Septembris Reuerendus pater Ioannes Fridriger, Officialis curiæ Caltrensis, utriusq; iuris doctor, hæc subsignata quadam uetustiori scriptura per N. Naumerberger quendam Vicarium comperta testatus est.

Lilium regnans in superiori parte mouebitur cōtra semen Leonis, Veniet in terram eius, & circūdabit filios Leonis.

In illo anno filius hominis ferens Feras in brachio suo, cuius regnum est in terra Lunæ, timēdum per uniuersum orbem, potestate agente principali cum magno exercitu transibit aquas, & ingredietur terram Leonis carentem auxilio, quia bēctiæ regionis suæ iam pellem eius dentibus lacerarunt.

In illo anno ueniet Aquila à parte Orientali, alis suis super Solē extensis, cum magna multitudine pullorum suorum in adiutorium filij hominis. tunc castra destruentur, timor magnus erit in mundo. Illa die in quadā parte Leonis erit bellum inter principes crudelius quàm unq̄ ad diem alium uiderunt homines, & erit sanguinis diluuium.

Perdet lilium coronam, quam accipiet Aquila, de qua postmodum filius hominis coronabitur. &c.

Per quattuor annos sequentes erunt prælia multa in mundo, mala inter fidem sectantes. Et hoc tempore tradenda erunt omnia, maior pars mundi destruetur. Caput mundi erit in terra destructum. Tunc filius hominis transiens aquas, portabit signum mirabile ad terram

VETVST.

LIX

promissionis. Et filius hominis, & Aquila præualebunt, & pax erit in toto orbe terrarum & copia frugum.

INTERPRETATIO SUPERIORVM

Lilium	Rex Franciæ.
Terra lunæ	Rex Angliæ
Caput mundi	Papa
Sol	Francia
Filius hominis	Comes Flandriæ.
Aquila	Imperator
Leo	Flandria
Signum mirabile	signum †
Filius hoīs ferens Feras, est rex Angliæ	

PROGNOSTICVM EX INTIMIS ASTROLOGIÆ
 depromptum, Arcanum horrendum cunctis mortalibus.

Anno domini. M. cccc. xxiiij. nec Solis, nec Lunæ eelypsim conspicabimur, sed eo anno errantium siderum habitudines admiratione & terrore plenæ accident. Mense enim Februario uiginti cōiunctiones magnæ accident, quarū sedecim signum aqueum possidebunt. Quæ omnibus climatibus, Regnis, Prouincijs, Dignitatibus Statibus, Brutis, Beluis marinis, cunctisq; terræ nascentibus indubitātam alterationem, uariationem, & immutationem significabunt, talem profecto, qualem multis sæculis ab Historiographis uix percipimus. Leuate ergo uiri Christiani capita uestra. Ciuitates quæ sub Piscibus & Virgine sunt, atrocius cæli malitiā sentient.

Cometes terribilis regnorū mutator erit, Anno domini. M. cccc. xvi. & xvij.

Gasma, id est hiatus. M. cccc. xvi. xvij. xvij.

Epidimia. M. cccc. xvi. xvij. & xix.

